

11839. V. N. S. I.

V

THEATRE DE LA COMMUNE

XII

LEADER

THEATRE DE LA COMMUNE, PARIS, 1871.

MANUALE RITUALIS ROMANI

EX

COMPENDIO EJUSDEM RITUALIS

USIBUS

DIOECESEOS LABACENSIS

ACCOMMODATO, ANNOQUE 1844 LABACI EDITO

EXTRACTUM


IN

**COMMODOREM USUM CLERI CURATI
EJUSDEM DIOECESEOS**

JUSSU ET AUCTORITATE ORDINARIA.

LABACI
TYPIS JOSEPHI BLASNEK

1845.



1#030015089

De Sacramento Baptismi.

Cum baptismi sacramentum jam administrandum est, haec in promptu esse debent:

- a.) *Vascula sacri olei catechumenorum et chrismatis.*
- b.) *Vasculum cum sale benedicendo, vel jam benedicto.*
- c.) *Vasculum, seu cochleare ex argento, vel alio metallo, nitidum, ad aquam baptismi fundendam supra caput baptizandi, quod nulli praeterea alii usui deserviat.*
- d.) *Pelvis seu bacile ad excipiendam aquam ex capite defluentem, nisi statim in sacrarium defluat.*
- e.) *Gossipium, alio nomine bombacium, seu quid simile, ad abstergenda loca sacris oleis inuncta.*
- f.) *Stolae duae, ubi commode haberi possunt, una violacea, et altera alba, ut infra notatur, mutanda; sin minus, una saltem adhibeatur.*

g.) *Medulla panis, qua inuncti sacerdotis digiti, cum manus lavat, abstergantur, et vas pro manuum lotione post baptismum, quod huic tantum usui deservire decet.*

h.) *Alba vestis in modum pallioli, seu linteolum candidum, infantis capiti imponeendum.*

i.) *Cereus, seu candela cerea, baptizato ardens tradenda.*

k.) *Hic denique ritualis liber sit paratus, et item liber baptismalis, in quo baptizati describantur.*

Ordo Baptismi Parvulorum.

1. *Omnibus igitur opportune praeparatis, sacerdos instructiones necessarias pro recta hujus sacramenti administratione, quas eum nosse supponitur ex ss. patrum et catechismi romani doctrina, jugiter prae oculis habens, ad tanti sacramenti administrationem, lotis manibus, reste talaris, superpelliceo et stola violacea induitus accedat, clericum unum, seu plures, si potest, secum adhibeat, superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent.*

2. *Ita paratus accedat ad limen ecclesiae, ubi foris expectant, qui infantem*

detulerunt, eosque interroget, an sit domi baptizatus, et a quo, et quam rite; an propter periculum evitandum sit circa baptismum aliquid attentatum a quopiam; et hoc ideo quaerat, ne infantem rebaptizet, vel ut sub conditione iterum baptizet, vel ut suppleat ad ea, quae in baptismo defuerunt.

3. *Interroget (nisi de his bene sibi constet), an sit suae parochiae, masculus an foemina, et qui sunt compatres, qui infantem teneant, pro eoque respondeant; quos pie ac decenter assistere, ac prout opus fuerit, pro baptizando ad interrogations respondere admoneat.*

4. *Et quoniam iis, qui baptizantur, tanquam Dei filiis in Christo regenerandis, et in ejus militiam adscribendis nomen imponitur, curet, ne obscoena, fabulosa, aut ridicula, vel inanium deorum, vel impiorum ethnicorum hominum nomina implicantur, sed potius sanctorum, quorum exemplis fideles ad pie vivendum excitentur, et patrociniiis protegantur.*

5. *His igitur expeditis, parochus ad baptismum procedat, et patrinum vel matrinam, vel utrumque (si ambo admittantur) de nomine infantis baptizandi, et po-*

siti super brachium dexterum illius, qui eum defert, in hunc modum interroget:

Quomodo vocandus est infans iste?

Wie soll das Kind heißen?

Kakó naj bo imé temu otroku?

6. Sacerdos accepto nomine baptizandi, illud exprimens, interroget:

N. Quid petis ab Ecclesia Dei?

N. Was verlangst du von der Kirche Gottes?

I. Kaj shelish od zerkve boshje?

Patrinus: Fidem. Den Glauben. Véro.

7. Sacerdos: Fides, quid tibi praestat?

Was gewährt dir der Glaube?

Kaj ti da véra?

Patrinus: Vitam aeternam. Das ewige Leben. Vézhno shivljenje.

8. Sacerdos: Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua; et proximum tuum sicut te ipsum.

Wenn du also zum Leben eingehen willst, so halte die Gebote: Du sollst Gott deinen Herrn lieben aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele, und aus deinem ganzen Gemüthe; deinen Nächsten aber, wie dich selbst.

Ako tedej hozhesch v' shivljenje iti, spolnúj sapóvedi: Ljubi Gospóda, svojiga Bogá,

is vfiga svojiga ferza, in is vse svoje dufhe,
in is vse svoje misli; in svojiga blishnjiga,
kakor sam sebe.

9. *Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis et dicat semel:* Exi ab eo (*vel* ab ea), immunde spiritus, et da locum Spiritui Sancto Paraclito.

10. *Postea pollice faciat signum crucis in fronte et in pectore infantis, dicens:* Accipe signum crucis tam in fronte \dagger , quam in corde \dagger , sume fidem coelestium praceptorum, et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

O r e m u s.

Preces nostras, quae sumus Domine, clementer exaudi, et hunc electum tuum (*vel* hanc electam tuam) N. crucis dominicae impressione signatum (*vel* signatam) perpetua virtute custodi: ut magnitudinis gloriae tuae rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

11. *Deinde imponat manum super caput infantis, ac dicat:*

O r e m u s.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare

super hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N., quem (*vel* quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem coecitatem cordis ab eo (*vel* ab ea) expelle: disrumpere omnes laqueos satanae, quibus fuerat colligatus (*vel* colligata): aperi ei, Domine, januam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus (*vel* imbuta), omnium cupiditatum foetoribus careat, et ad suavem odorem praeceptorum tuorum laetus (*vel* laeta) tibi in ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

12. Deinde sacerdos benedicat sal, quod semel benedictum alias in eundem usum deservire potest.

Benedictio salis.

Exorcizo te, creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis †, et in caritate Domini nostri Jesu Christi †, et in virtute Spiritus Sancti †. Exorcizo te per Deum vivum †, per Deum verum †, per Deum sanctum †, per Deum †, qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari praecepit, ut in nomine sanctae Trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad

effugandum inimicum. Proinde rogamus te,
Domine Deus noster, ut hanc creaturam
 salis sanctificando sanctifiques \dagger , et bene-
 dicendo benedicas \dagger , ut fiat omnibus acci-
 pientibus perfecta medicina, permanens in
 visceribus eorum, in nomine ejusdem **Do-**
mini nostri Jesu Christi, qui venturus est
 judicare vivos et mortuos, et saeculum per-
 ignem. **R.** Amen.

13. *Deinde immittat modicum salis be-
 nedicti in os infantis, dicens:*

N. Accipe sal sapientiae: propitiatio sit
 tibi in vitam aeternam. **R.** Amen.

Sacerdos: Pax tecum. **R.** Et cum spi-
 ritu tuo.

O r e m u s .

Deus patrum nostrorum, Deus universae
 conditor veritatis, te supplices exoramus,
 ut hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam
 tuam) **N.** respicere digneris propitius, et
 hoc primum pabulum salis gustantem, non
 diutius esurire permittas, quominus cibo
 expleatur coelesti, quatenus sit semper spi-
 ritu fervens, spe gaudens, tuo semper no-
 mini serviens. Perduc eum (*vel* eam),
Domine, quaesumus, ad novae regenera-
 tionis lavacrum, ut cum fidelibus tuis pro-
 missionum tuarum aeterna praemia consequi

mereatur. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Exorcizo te, immunde spiritus, in nomine Pa†tris, et Fi†liae, et Spiritus† Sancti, ut exeas et recedas ab hoc famulo Dei (*vel* ab hac famula Dei) N. Ipse enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pendibus super mare ambulavit, et Petro mercenti dexteram porrexit.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, et Spiritui Sancto, et recede ab hoc famulo Dei (*vel* ab hac famula Dei) N., quia istum (*vel* istam) sibi Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem, fontemque baptismatis vocare dignatus est.

14. *Hic pollice in fronte signat infantem, dicens:*

Et hoc signum sanctae crucis †, quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole, numquam audeas violare. Per eumdem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

15. *Mox imponit manum super caput infantis, et dicit:*

O r e m u s.

Aeternam ac justissimam pietatem tuam

deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, auctor luminis et veritatis, super hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N., ut digneris illum (*vel* illam) illuminare lumine intelligentiae tuae: munda eum (*vel* eam), et sanctifica; da ei scientiam veram, ut dignus (*vel* digna) gratia baptismi tui effectus (*vel* effecta), teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

16. *Postea sacerdos imponit extremam partem stolae super infantem, et introducit eum in ecclesiam, dicens:*

N. Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam aeternam. R. Amen.

N. Gehe in die Kirche Gottes ein, damit du mit Christus an dem ewigen Leben Theil nehmest.
A. Amen.

I. Pojdi v' zerkev boshjo, de bosh s' Krifufam vezhniga shivljenja deleshen, (deleshna). O. Amen.

17. *Cum fuerint ecclesiam ingressi, sacerdos procedens ad fontem, facie ad altare versa, cum susceptoribus ad sinistram ejus assistentibus conjunctim clara voce dicit:*

Credo in Deum, Patrem omnipotentem,
 creatorem coeli et terrae. Et in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum:
 qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine: passus sub Pontio Pilato,
 crucifixus, mortuus, et sepultus: descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis:
 ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotens: inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum: sanctam ecclesiam catholicam:
 sanctorum communionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem: vitam aeternam. Amen.

Ich glaube an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde. Und an Jesum Christum, seinen eingeborenen Sohn, unsern Herrn. Der empfangen ist von dem heiligen Geiste, geboren aus Maria der Jungfrau. Gelitten unter Poncio Pilato, gekreuziget, gestorben, und begraben. Abgestiegen zu der Hölle, am dritten Tage wieder auferstanden von den Todten. Aufgefahren in den Himmel, sitzt zu der rechten Hand Gottes, des allmächtigen Vaters. Von dannen er kommen wird, zu richten die Lebendigen und die Todten. Ich glaube an den heiligen Geist: Eine heilige, allgemeine, christliche Kirche: Gemeinschaft der Hei-

ligen: Ablaß der Sünden: Auferstehung des Fleisches: und ein ewiges Leben. Amen.

Vérujem v' Bogá Ozhéta vfigamogózni-
ga, stvarnika nebéf in semlje. In v' Je-
susfa Kristusa, Šinú njegóviga ediniga, Go-
spoda nashiga. Ktéri je spozhét od svétiga
Duhá, rojen is Marije Devíze. Terpel pod
Ponzijem Pilátam, krishan bil, umerl, in
v' grob poloshen. Dôli je shel pred pekel,
tretji dan od mertvih vstal. Góri je shel v'
nebésa, sedí na desnízi Bogá Ozhéta vfi-
gamogózhniga. Od ondód bo prishel sôdit
shive in mertve. Vérujem v' svetiga Duhá;
svéto keršansko katolshko zérkev; gmajno
svetníkov; odpuszenje gréhov; všajenje
mesá; in vézhno shivljenje. Amen.

*Deinde sacerdos et circumstantes ge-
nusflectunt, et dicunt:*

Pater noster, qui es in coelis, sanctifi-
cetur nomen tuum: adveniat regnum tuum:
fiat voluntas tua, sicut in coelo, et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie:
et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris: et ne nos
indueas in temptationem: sed libera nos a
malo. Amen.

Vater unser, der du bist in dem Himmel: Ge-
heiligt werde dein Nahme. Zukomme uns dein

Reich. Dein Wille geschehe, wie im Himmel, also auch auf Erden. Gieb uns heute unser tägliches Brod. Und vergib uns unsere Schulden, als auch wir vergeben unsern Schuldigern. Und führe uns nicht in Versuchung: sondern erlöse uns von dem Uebel. Amen.

Ozhe nash, ktéri si v' nebésh: Posvezheno bódi tvoje imé. Pridi k' nam tvoje kraljéstvo. Sgòdi se tvoja vólja, kakor v' nebesih, takó na semlji. Daj nam danf nash v'sakdanji kruh. In odpústi nam nashe dolgé, kakor tudi mi odpushamo svojim dolshnikam. In naf ne vpélji v' skufhnjávo: Temuzh réshi naf od hudiga. Amen.

18. *His dictis surgunt, et sacerdos, antequam accedat ad baptisterium, dicat exorcismum sequentem:*

Exorcizo te, omnis spiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis †, et in nomine Jesu Christi Filii ejus, Domini et judicis nostri †, et in virtute Spiritus Sancti †, ut discedas ab hoc plasmate Dei N., quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est; ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus Sanctus habitat in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

19. Postea sacerdos digito accipiat de saliva oris sui, et tangat aures et nares infantis; tangendo vero aurem dexteram et sinistram dicat:

Ephpheta, quod est, adaperire: **Deinde tangit nares, dicens:** In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

20. Postea interrogat baptizandum nominatum, dicens:

N. Abrenuntias satanae? **R. Patrinus:** Abrenuntio.

N. Widersagst du dem Teufel?

Antwort: Ich widersage.

I. Še odpovéšh hudízhu?

Odgovor: Še odpovém.

Et omnibus operibus ejus? **R. Abrenuntio.**

Und allen seinen Werken?

Ant. Ich widersage.

In vsimu njegóvimu djanju?

Odg. Še odpovém.

Et omnibus pompis ejus? **R. Abrenuntio.**

Und aller seiner Hoffahrt?

Ant. Ich widersage.

In vsimu njegóvimu napuhu?

Odg. Še odpovém.

21. **Deinde sacerdos intingit pollicem**

in oleo catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum crucis, dicens:

Ego te linio \dagger oleo salutis in Christo Jesu Domino nostro, ut habeas vitam aeternam. R. Amen.

22. *Hic deponit stolam violaceam, et sumit aliam albi coloris.*

23. *Subinde pollicem et inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili: et interrogat expresso nomine baptizandum, patrino respondente:*

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem coeli et terrae? R. Credo.

N. Glaubst du an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?

Ant. Ich glaube.

I. Vérujesh v' Bogá Ozhéta vfigamogózhniga, stvarnika nebéf in semlje?

Odg. Vérujem.

Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum et passum? R. Credo.

Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsfern Herrn, der geboren worden ist, und gelitten hat?

Ant. Ich glaube.

Vérujesh v' Jesusa Kristusa, Šinú nje-

goviga ediniga, Gospóda nashiga, kteři je rojen bil, in je terpel?

Odg. Vérujem.

Credis in Spiritum Sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communio-
nem, remissionem peccatorum, carnis resur-
rectionem, et vitam aeternam? *R.* Credo.

Glaubst du an den heiligen Geist, an eine heilige, christkatholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Abläß der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und ein ewiges Leben?

Ant. Ich glaube.

Vérujesh v' svetiga Duhá, svéto ker-
shansko katolshko zérkev, gmajno svetní-
kov, odpusfenje gréhov, vstajenje mesá, in vézhno shivljenje?

Odg. Vérujem.

**24. *Subinde expresso nomine bapti-
zandi sacerdos dicit:***

N. Vis baptizari? *R. Patrinus:* Volo.

N. Willst du getauft werden?

Ant. Ich will.

I. Hózhesh kershen biti?

Odg. Hózhem.

**25. *Tunc patrino, vel matrina, vel
utroque (si ambo admittantur) infantem
ita tenente, ut infans faciem habeat pro-
nam supra vas, in quod aqua a capite***

decidens, dum sacerdos eam versat, labi debet, sacerdos vasculo seu urceolo accipit aquam baptismalem, et de ea ter fundit supra caput infantis, et quidem supra verticem capitum in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distincte et attente dicit formam sequentem:

N. *Ego te baptizo in nomine Pa†tris, fundat primo: et Fi†lii, fundat secundo: et Spiritus † Sancti, fundat tertio.*

26. *Quoniam baptismi forma his verbis expressa omnino necessaria est, ideo eam nullo modo licet mutare; sed eadem verba uno, et eodem tempore, quo fit ablutio, pronuntianda sunt. Latinus presbyter latina forma semper utatur.*

27. *Si vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus, sacerdos utatur hac forma:*

N. *Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Pa†tris, et Fi†lii, et Spiritus † Sancti.*

28. *Hac tamen conditionali forma non passim, aut leviter uti licet, sed prudenter, et ubi, re diligenter pervestigata, probabilis subest dubitatio, infantem non fuisse baptizatum.*

29. *Cavendum est, ne aqua ex infantis capite in fontem, sed vel in sacrarium*

*prope ipsum fontem extractum defluat,
aut in aliquo vase ad hunc usum parato
recipiatur, et dein in sacrarium effunda-
tur.*

30. *Dein intingit sacerdos pollicem in
sacro chrismate, et ungit infantem in sum-
mitate capitinis in modum crucis, dicens:*

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum (*hic inungit*), ipse te liniat chrismate salutis † in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam aeternam.
R. Amen.

Sacerdos: Pax tibi. **R.** Et cum spiritu tuo.

31. *Tum bombacio, aut re simili ab-
stergit pollicem suum, et locum inunctum,
et imponit capiti ejus linteolum candidum
loco vestis albae, dicens:*

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam aeternam. **R.** Amen.

32. *Postea dat ei, vel patrino, cande-
lam accensam, dicens:*

Accipe lampadem ardentem, et irrepre-
hensibilis custodi baptismum tuum, serva

Dei mandata: ut cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei, una cum omnibus sanctis in aula coelesti, habeasque vitam aeternam, et vivas in saecula saeculorum. R. Amen.

33. Postremo dicit:

N. Vade in pace, et Dominus sit tecum.

R. Amen.

N. Gehe im Frieden hin, und der Herr sei mit dir.

Ant. Amen.

I. Pojdi v' miru, in Gospod naj bo s' teboj.

Odg. Amen.

34. Si vero fuerint plures baptizandi, sive masculi sive foeminae, in catechismo masculi statuantur ad dexteram, foeminae vero ad sinistram; et omnia pariter dicantur (ut supra) in proprio genere, et numero plurali. Verum prima nominis interrogatio, exsuffratio, crucis impressio, seu signatio, tactus aurium et narium cum saliva, abrenuntiationis interrogatio, unctio olei catechumenorum, interrogatio de fide, seu symbolo, et ipse baptismus, inunctio chrismatis, candidae vestis impositio, atque accensae candelae traditio, singula-

riter singulis, et primum masculis, deinde foeminis fieri debent.

35. *Si infans, vel adultus aegrotus adeo graviter laboret, ut periculum immineat, ne pereat, antequam baptismus perficiatur, sacerdos omissis, quae baptismum praecedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel infundens aquam super caput ejus in modum crucis, dicens:*

Ego te baptizo in nomine Patris, &c. ut supra pag. 18.

36. *Si non habeatur aqua baptismalis, et periculum impendeat, sacerdos utatur aqua simplici.*

37. *Deinde, si habeat chrisma, liniat eum in vertice, dicens:*

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi &c. ut supra pag. 19.

Postea dat ei linteolum candidum, dicens:

Accipe vestem candidam &c. ut supra pag. 19.

Ac demum dat ei ceream candelam accensam, dicens:

Accipe lampadem &c. ut supra pag. 19.

Si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi.

38. *Baptismo sic expleto, sacerdos digitos, praesertim pollicem, quo in unctionibus usus est, medulla panis absterget, manusque laret supra vas ad hoc paratum; bombacium vero ad abstergenda loca sacris oleis inuncta adhibitum comburat, cineresque unacum lotionis aqua projiciat in sacrarium extuctum prope fontem baptismalem.*

39. *Curet parochus parentes infantis admoneri, ne in lecto secum ipsi vel nutrices parvulum habeant, propter oppressionis periculum; sed eum diligenter custodiant, mulieribus non catholicis lactandum aut nutriendum nullo modo tradant, et opportune ad christianam disciplinam instituant.*

40. *Antequam infans ex ecclesia asportetur, aut susceptores discedant, hi admoneantur a parocho de effectibus et obligationibus, quas hujus muneric vi contraxerunt juxta decreta sacrosancti Concilii Tridentini et ecclesiae canones.*

41. *Postremo nomina infantis, parentum et patrinorum, aliaque de administrato baptismo ad praescriptam formam in baptismali libro parochus accurate describat.*

De Benedictione mulieris post partum.

1. Si qua puerpera post partum juxta piam ac laudabilem consuetudinem ad ecclesiam venire voluerit, pro in columitate sua Deo gratias actura, petieritque a sacerdote benedictionem, ipse veste talari, superpelliceo et stola alba indutus cum ministro aspergillum deferente ad fores ecclesiae accedat, ubi illam foris ad limina genuflectentem, et candelam accensam in manu tenentem aqua benedicta aspergat, deinde dicat:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Antiphona. Haec accipiet benedictionem a Domino.

Psalmus 23.

Domini est terra et plenitudo ejus, *
orbis terrarum et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum, *
et super flumina praeparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, *

qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino, * et misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio quaerentium eum, * quaerentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portae aeternales, * et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? * Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portae aeternales, * et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? * Dominus virtutum ipse est rex gloriae.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Antiphona. Haec accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo: quia haec est generatio quaerentium Dominum.

2. *Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolae, eam introducit in ecclesiam, dicens:*

Ingredere in templum Dei, adora Filium beatae Mariae Virginis, qui tibi foecunditatem tribuit prolis.

3. *Et ipsa ingressa genuflectit coram*

altari et orat, gratias agens Deo de beneficiis sibi collatis, et sacerdos dicit:

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster &c. *secreto.*

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvam fac ancillam tuam, Domine.

R. Deus meus, sperantem in te.

V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eam.

V. Nihil proficiat inimicus in ea.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per beatae Mariae Virginis partum fidelium parentium dolores in gaudium vertisti: respice propitius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione laetam accendentem: et praesta, ut post hanc vitam ejusdem beatiae Mariae meritis et intercessione ad aeternae beatitudinis gaudia

cum prole sua pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

4. Deinde illam aspergit aqua benedicta in modum crucis, dicens:

Pax, et benedictio Dei omnipotentis, Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti descendat super te, et maneat semper. Amen.

5. Puerperis non conjugatis haec benedictio prorsus non est impertienda.

Ordo ministrandi Sacramentum Poenitentiae.

1. Sacerdos habens potestatem absol-
vendi vel ordinariam, vel delegatam, hujus
sacramento doctrinam omnem, et alia ad
ejus rectam administrationem necessaria
recte nosse studeat ex probatis auctoribus,
praesertim e catechismo romano, et pru-
denti consilio peritorum; ad audiendam
vero confessionem vocatus, promptum, fa-
cilemque se praebeat: ac priusquam ad
audiendum accedat, si tempus suppetat,
ad hoc ministerium recte, sancteque obeun-
dum, divinum auxilium piis precibus im-
plorabit.

2. In ecclesia, non autem in privatis

aedibus, confessiones audiat, nisi ex causa rationabili, quae cum inciderit, studeat tamen id decenti ac patenti loco praestare; confessiones autem foeminarum, nunquam domi in cubiculo, neque etiam in sacristia, vel in ecclesia extra sedem confessionalem, vel in confessionali e conspectu anteriori confessarii, sed a latere poenitentis, et nonnisi crate interposita excipiat, nisi quis ob graves rationes, Ordinario exponendas, speciali gaudeat ab hac lege exceptione.

3. Habeat in ecclesia sedem confessionalem, in qua indutus veste talari, superpelliceo et stola violacei coloris cum biretto sacras confessiones excipiat, quae sedes patenti, conspicuo et apto ecclesiae loco posita, crate perforata inter poenitentem et sacerdotem sit instructa.

4. Poenitens flexis genibus signo crucis se muniat, et confessim benedictionem a confessario hoc modo petat:

Benedicite reverende pater &c.

Ich bitte Eure Hochwürden um den heiligen Segen, damit ich meine Sünden recht und vollständig beichten möge.

Prósím, duhóvni Ozhe! sa sveti shegen, de se svojih gréhov prav in zhistro spovém.

5. Quam ubi confessarius eidem hoc modo impertivit:

Dominus sit in corde tuo, et in labiis tuis, ut digne et competenter confitearis peccata tua, in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

6. Poenitens confessionem generalem latina vel vulgari lingua dicat, scilicet:
Confiteor Deo &c.

Ich armer sündiger Mensch beichte und bekenne Gott dem Allmächtigen u. s. w.

Jest ubogi greshnik se spovém Bogú všigamogózhnimu i. t. d.

Vel saltem utatur his verbis: Confiteor Deo omnipotenti, et tibi pater. **Peccata sua exinde confiteatur, adjurante, quotiescumque opus fuerit, sacerdote.**

7. Confessione patienter et attente auditâ, sacerdos perpendens peccatorum, quae ille admisit, magnitudinem et multitudinem, pro eorum gravitate ac poenitentis conditione, oportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna charitate adhibebit, eumque ad dolorem et contritionem efficacibus verbis adducere conabitur; atque ad ritam emendandam, ac melius instituendam inducet, remediaque peccatorum tradet.

8. Postremo salutarem ac convenientem satisfactionem, quantum spiritus et prudentia suggesserit, injungat, habita ratione status, conditionis, sexus et aetatis, et item dispositionis poenitentium; et si poenitentem rite dispositum, nec aliqua censura, vel casu reservato innodatum repererit, eum absolvat. Si autem poenitens aliqua censura, vel casu Sedi Apostolicae, aut Ordinario suo reservato sit ligatus, a quo sacerdos non possit absolvere, non absolvat, nisi prius obtenta facultate a superiore.

Absolutionis forma.

9. Cum igitur poenitentem absolvere voluerit, injuncta ei prius, et ab eo acceptata salutari poenitentia, primo dicit:

Misereatur tui omnipotens Deus, et dismissis peccatis tuis perducat te ad vitam aeternam. Amen.

10. Deinde dextera versus poenitentem elevata, dicit:

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, (suspen-

sionis) et interdicti, in quantum possum, et tu indiges. Deinde, ego te absolvo a peccatis tuis, in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. *Si poenitens sit laicus, omittitur verbum: suspensionis.*

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita beatae Mariae Virginis, et omnium sanctorum, quidquid boni feceris, et mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiae, et praemium vitae aeternae. Amen.

11. *In confessionibus autem frequentioribus et brevioribus omitti potest: Misereatur &c., et satis erit dicere: Dominus noster Jesus Christus &c., ut supra, usque ad illud: Passio Domini nostri &c.*

12. *Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis, breviter dicere poterit: Ego te absolvo ab omnibus censuris et peccatis, in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.*

Ordo ministrandi Sacram Communionem.

1. *Sacerdos sanctissimam Eucharistiam ministraturus, lotis prius manibus, et*

*superpelliceo super vestem talarem indu-
tus, ac desuper stola coloris officio il-
lius diei convenientis, praecedente clero-
c, seu alio ministro, procedit ad altare ma-
nibus junctis, et accensis cereis, facta
prius et postea genuflexione, extrahit py-
xidem, et illam super corporale depositam
discooperit. Extenso, prout opus fuerit,
ante communicandos linteo mundo, mini-
ster genibus flexis, nomine populi, ad cornu
epistolae facit confessionem generalem, di-
cens: Confiteor Deo &c.*

2. *Tum sacerdos iterum genuflectit, et
manibus junctis ante pectus vertit se ad
populum (advertens, ne terga vertat sa-
cramento), et in cornu evangelii dicit:*

Misereatur vestri omnipotens Deus, et
dimissis peccatis vestris, perducat vos ad
vitam aeternam. **R. Amen.** *Et addit:*

Indulgentiam, absolutionem \dagger , et remis-
sionem peccatorum vestrorum tribuat vobis
omnipotens et misericors Dominus. **R. Amen.**

*Dicens: Indulgentiam &c. manu dextera
in formam crucis signat communicandos,
et advertere debet sacerdos, quod etiam,
uno tantum communicaturo, dici debeat:
vestri, non: tui.*

3. *Deinde ad altare se convertit, genu-*

nectit, manu sinistra pyxidem prehendit, et duobus digitis, pollice et indice, sacramentum accipit et elevat, conversusque ad populum in medio altaris dicit clara voce:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; mox subdit:

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea; *quod iterum, ac tertio repetit; qua formula etiam utendum est, cum foeminae communio ministratur.*

Sieh! das Lamm Gottes, welches hinwegnimmt die Sünden der Welt.

Herr! ich bin nicht würdig, daß du eingehest unter mein Dach; sondern sprich nur ein Wort, so wird meine Seele gesund.

Glej Jagnje boshje, ktéro odjemlje gréhe svetá.

Gospód! nísim vredin, de gresh pod mojo strého; ampak rezi le s' befédo, in osdravljena bo moja dufha.

4. Postea ad communicandum accedit, incipiens ab iis, qui sunt ad partem epistolae; sed primo, si sacerdotibus, vel aliis ex clero danda sit communio, iis ad gradus altaris genuflexis praebeatur, vel si commode fieri potest, intra sepimentum

altaris sint a laicis distincti. Sacerdotes vero cum stola communicent.

5. Sacerdos unicuique porrigenus sacramentum, et faciens cum eo signum crucis super pyxidem, simul dicit:

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam aeternam. Amen.

6. Ubi vero omnes communicaverint, sacerdos reversus ad altare dicere poterit:

O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, et futurae gloriae nobis pignus datur.

V. Panem de coelo praestitisti eis.

Minister: **R.** Omne delectamentum in se habentem.

Tempore paschali et infra octavam ss.

Corporis Christi additur: Alleluja.

7. Mox sacerdos dicit:

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos corporis et sanguinis

tui sacra mysteria venerari, ut redemptio-
nis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.
Qui vivis et regnas cum Deo Patre &c. R.
Amen. *Tempore paschali dicitur oratio:*

Spiritum nobis, Domine, tuae caritatis
infunde: ut quos sacramentis paschalibus
satiasti, tua facias pietate concordes. Per
Christum Dominum nostrum. R. Amen.

8. *Antequam reponat sacramentum,
diligenter advertat, ut si aliquod fragmen-
tum digitis adhaeserit, illud in pyxidem
deponat, et eosdem digitos, quibus tetigit
sacramentum, abluat in vase aqua pleno,
ad hoc parato supra mensam altaris cum
suo purificatorio, quo absterget digitos;
ablutionem vero tempestive in sacrarium
injiciat. Postea benedicat eis, qui com-
municarunt, faciens super eis cum pyxide
sanctorum hostiarum signum crucis, nihil
dicens.*

9. *Deinde genuflectens reponit sacra-
mentum in tabernaculo, et clave obserat.*

10. *Quando sanctissimum sacra-
mentum vel in hoc, vel in alio altari ecclesiae
adorandum expositum est, sacerdos repo-
sito absque benedictione ciborio in taber-
naculo, tantum manu dextera extenta be-
nedicit iis, qui communicarunt, *dicens:**

Benedictio Dei omnipotentis, Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super vos, et maneat semper. R. Amen.

11. *Communio autem populi intra missam statim post communionem sacerdotis celebrantis fieri debet (nisi quandoque ex rationabili causa post missam sit facienda), cum orationes, quae in missa post communionem dicuntur, non solum ad sacerdotem, sed etiam ad alios communicantes spectent.*

12. *Itaque sacerdos, sumpto sacratissimo sanguine, antequam se purifiet, ponat particulas consecratas in pyxide, vel si pauci sint communicandi, super patenam, nisi in principio positae fuerint in pyxide, et genuflectit, ministro interim faciente confessionem generalem: Confiteor Deo omnipotenti &c. ut supra. Postea vertens se ad populum in cornu evangelii dicit: Misereatur vestri &c., et eo quo supra dictum est modo, porrigit communicandis Eucharistiam, incipiens a ministris altaris, si velint communicare. Finita communione revertitur ad altare nihil dicens, et non dat eis benedictionem. Deinde dicit secreto: Quod ore sumpsimus*

&c., ut in missali, se purificat, et missam absolvit.

13. *Quod si contingat, absoluta missa, statim aliquos interdum communicare, tunc sacerdos adhuc planeta indutus, sacram communionem eo modo, quo supra dictum est, ministrabit. Ast in fine missae pro defunctis in paramentis nigris non ministretur Eucharistia; poterit tamen praeberi communio intra missam post sumptionem sacratissimi sanguinis cum particulis in eadem missa consecratis. (S. R. C. 2. Sept. 1741.)*

De communione infirmorum.

1. *Deferriri debet hoc sanctum sacramentum ab ecclesia ad privatas aegrotantium domos decenti habitu, superposito mundo velamine, manifeste, atque honorifice, ante pectus, cum omni reverentia et timore; semper lumine praecedente.*

2. *Parochus igitur processurus ad communicandum infirmum, aliquot campanae ictibus jubeat convocari parochianos, seu alios pios Christi fideles, qui sacram Eucharistiam cum cereis seu intorticiis comtentur, et umbellam seu baldachinum, ubi haberi potest, deferant.*

3. *Praemoneat, ut aegri cubiculum mundetur, et in eo parentur mensa, linteo mundo cooperta, necnon duae candelae ardentes, inter quas sanctissimum sacramentum decenter deponatur. Ad manus etiam habeantur linteum mundum, ante pectus communicandi ponendum; aqua benedicta; vinum aut aqua pro ablutione; aqua, vas et mantile pro abluendis abstergendisque manibus sacerdotis, atque alia ad ornatum loci, pro cuiusque facultate.*

4. *Ubi vero convenerint, qui Eucharistiam comitaturi sunt, sacerdos indutus superpelliceo super vestem talarem et stola, et si haberet potest, pluviali albi coloris, acolythis, seu clericis, aut etiam presbyteris (si locus feret) superpelliceo pariter induitis comitatus, decenter et de more acceptas aliquot particulas consecratas, vel unam tantum (si longius aut difficilius iter sit faciendum), ponat in pyxide, seu parva custodia, quam proprio suo operculo cooperit, et velum sericum superimponit; ipse vero sacerdos, imposito sibi prius ab utroque humero oblongo velo decenti, utraque manu accipiat vas cum sacramento, et deinde umbellam, seu baldachinum subeat, nudo capite processurus,*

nisi simul longinquitas itineris, simul coeli inclemencia extra civitatem vel oppidum excuset.

5. *Praecedat semper acolythus, vel alius minister deferens laternam; (noctu autem hoc sacramentum deferri non debet, nisi necessitas urgeat): sequantur, si adsunt, duo clerici, vel qui illorum vices suppleant, quorum alter aquam benedictam cum aspersorio, et bursam cum corporali, quod supponendum erit vasculo sanctissimi sacramenti super mensa in cubiculo infirmi, et cum linteolo purificatorio ad digitos sacerdotis abstergendos; alter hunc librum ritualem deferat, et campanulam jugiter pulset. Succedant deinde deferentes intorticia.*

6. *Deficientibus autem clericis et aliis ministris praecedat aeditus, laternam, aquam benedictam cum aspersorio, bursam cum corporali, purificatorium, et librum ritualem portans, et campanulam jugiter pulsans.*

7. *Postremo sacerdos sacramentum gestans elevatum ante pectus sub umbella sequitur, dicens psalmum: Miserere &c., et alios psalmos poenitentiales, et cantica v.g. trium puerorum: Benedicte omnia opera Domini Domino, vel Ezechiae: Ego dixi*

in dimidio dierum meorum; *vel etiam pro loci consuetudine recitans cum populo rosarium beatae Mariae Virginis, aut alias pias preces.*

8. *Subsequantur cognati et amici aegrotantis, et fideles, qui ex devotione ss. sacramentum comitari voluerint.*

9. *Quod si longius aut difficilius iter obeundum sit, et fortasse etiam equitandum, necesse erit, vas, in quo sacramentum defertur, bursa decenter ornata, et ad collum appensa, apte includere, et ita ad pectus alligare atque obstringere, ut neque decidere, neque pyxide excuti sacramentum queat.*

10. *Ingrediens vero sacerdos locum, ubi jacet infirmus, dicat:*

Pax huic domui. **R.** Et omnibus habitantibus in ea.

Der Friede sey mit diesem Hause.

Ant. Und mit allen, die es bewohnen.

Mir bodi ti hishi.

Odg. In vsim, ki v nji prebivajo.

11. *Tum depositum sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus, et mox accepta aqua benedicta aspergit infirmum et cubiculum, dicens antiphonam:*

Asperges me, Domine, hyssopo, et munda
bor: lavabis me, et super nivem dealba
bor; *et primum versum psalmi:* Miserere
mei Deus, secundum magnam misericordiam
tuam, *cum* Gloria Patri &c. Sicut erat &c.
Deinde repetitur antiphona: Asperges &c.
Postea:

V. Adjutorium nostrum in nomine Do
mini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater om
nipotens, aeterne Deus: et mittere digni
tatis sanctum angelum tuum de coelis, qui
custodiat, foveat, protegat, visitet atque
defendat omnes habitantes in hoc habita
culo. Per Christum Dominum nostrum. R.
Amen.

12. *His dictis accedat ad infirmum,*
ut cognoscat, num sit bene dispositus ad
suscipiendum sacrum viaticum, et utrum
velit aliqua peccata confiteri, et illum au
diat atque absolvat, quamvis prius deberet
esse rite confessus, nisi necessitas aliter

urgeat. Meminerit autem sacerdos, aegris non esse injungendam gravem aut laboriosam poenitentiam; sed indicendam tantum illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliqua oratione, aut levi satisfactione imposta, et acceptata, absolvantur, prout opus fuerit.

13. *Post haec sacrae communionis uberrimos fructus exponat, his vel similibus verbis.*

Glaube.

Ich glaube, o mein Jesus! daß du in dem heiligsten Sakamente des Altars wahrhaftig gegenwärtig bist mit Fleisch und Blut, mit Leib und Seele, als wahrer Gottmensch. O mein Herr und Heiland! du hast den Priestern deiner heiligen christkatholischen Kirche die Gewalt gegeben, das Brot in deinen Leib und den Wein in dein Blut zu verwandeln; du hast diese himmlische Speise zum stärkenden Labsal meiner armen Seele eingesetzt. Dich anbethend, empfange ich, das ärmste Geschöpf, meinen Gott und Herrn.

Hoffnung.

Voll Vertrauen auf deine väterliche Gnade und Barmherzigkeit hoffe ich, daß dieses allerheiligste Sakrament meine kalte Seele heilen, ihre Sünden tilgen, und sie zur ewigen Glückseligkeit befähigen möge.

ligkeit führen werde. Auf dich, o Gott! hoffe ich.

L i e b e.

Ich liebe dich, o höchstes Gut! mein Gott und mein Herr! mein Schöpfer und Erlöser! — Leben, Gnade, Barmherzigkeit verdanke ich dir. Für mich warst du gekreuziget, o mein Heiland, meine Liebe! Mehr als dich selbst konntest du mir nicht reichen. Entflamme mein Herz mit dem Feuer deiner Liebe.

R e u e.

O wie konnte ich auch nur Eine Sünde begehen, deren so viele auf mir liegen! O Herr! mein mildreicher Heiland! unendlicher Erbarmer! komm zu mir, obgleich ich unwürdig bin, daß du eingehest in mein Haus! Komm mein höchstes Gut! Amen.

V é r a.

Vérujem, o moj Jesuf! de si v' presvetim sakramentu reshnjiga telésa resnizhno prizhejózh s' mésam in s' kervjo, s' telésam in s' dusho, kakor pravi Bog in zhlo-vek. O moj Gospód in Svelízhar! ti si mašnikam svoje svete keršanske katolshke zerkve oblast dal, kruh v' tvoje teló, in vino v' tvojo kri spremijati; ti si to néběshko jéd perpravil, de mojo ubogo dusho krepzhá in poshivlja. Tebe mólim, ter te,

jeft nar bolj ubóga stvar, svojiga Bogá in Gospóda prejmem.

U p a n j e.

Poln saupanja v' tvojo ozhetovsko milost in usmiljenje, upam, de bo ta presveti sakrament mojo bolno dusho osdravil, njene gréhe isbrifal, ter jo v' vézhno svelizhanje peljal. V' tebe, o Bog! upam.

L j u b é s i n.

Ljubim te, o nar vézhi dobróta! moj Bog in moj Gospod! moj stvarnik in odreshenik! — Shiviljenje, milost, usmiljenje imam le od tebe. Same si bil krishan, o moj Svelizhar, moja ljubésin! Vezh ko sam sebe mi nisi mogel dati. Vnemi moje serzé s' ognjem svoje ljubesni.

G r e v e n g a.

O kako sim mogel le en fami greh stortiti, kteriorih me toliko teshí! O Gospód! moj Svelizhar, ki si milosti poln in neskonzhno usmiljen! pridi k' meni, desiravno nisim vredin, de gresh v' mojo hifho! Pridi moja nar vézhi dobróta! Amen.

14. Postea de more facta, latino vel vulgari sermone, confessione generali: Confiteor Deo omnipotenti &c. sive ab infirmo, sive ejus nomine ab alio, sacerdos dicit: Misereatur tui omnipotens Deus, et di-

missis peccatis tuis, perducat te ad vitam aeternam. R. Amen.

Indulgentiam, absolutionem \dagger , et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. R. Amen.

15. *Deinde facta genuflexione, accipit sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo, dicens:*

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, *et more solito ter dicit*: Domine, non sum dignus, ut intres sub tecum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Sieh! das Lamm Gottes, welches hinwegnimmt die Sünden der Welt.

Herr! ich bin nicht würdig, daß du eingehest unter mein Dach; sondern sprich nur ein Wort, so wird meine Seele gesund.

Glej! Jagnje boshje, ktéro odjemlje gréhe svetá.

Gospód! nisim vredin, de gresh pod mojo strého; ampak rezi le s' besédo, in osdravljená bo moja dufsha.

16. *Et infirmus simul cum sacerdote dicat eadem verba, saltem semel, submissa voce; tum sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicat:*

Accipe frater (*vel* soror) viaticum cor-

poris Domini nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, et perducat in vitam aeternam. Amen.

17. *His verbis utatur sacerdos, cum probabile est, quod infirmus sacram communionem amplius sumere non poterit.*

18. *Si vero communio non datur per modum viatici, dicat more ordinario: Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam aeternam. Amen.*

19. *Quod si mors immineat, et periculum sit in mora, tunc dicto: Misereatur &c. praedictis precibus omnibus, vel ex parte omissis, ei statim viaticum praebeat.*

20. *Potest quidem viaticum brevi morituris dari non jejunis; id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur, a quibus ob phrenesim, sive ob assiduam tussim, aliumve similem morbum aliqua indecentia, cum injuria tanti sacramenti, timeri potest. Ceteris autem infirmis, qui ob devotionem in aegritudine communicant, danda est Eucharistia ante omnem cibum et potum, non aliter ac ceteris fidelibus, quibus nec etiam per modum medicinae ante aliquid sumere licet.*

21. *Postea sacerdos abluat digitos,*
 3 **

nihil dicens, et infirmo detur ablutio. Quodsi sumptio ablutionis nocere possit infirmo, sacerdos vel ablutionem secum postea deferat ad reponendam in sacrario, vel igni tradat. Deinde dicat:

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri nostro (*rel* sorori nostrae) sacerosanctum corpus Domini nostri Iesu Christi Filii tui, tam corpori quam animae propositum ad remedium sempiternum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

22. *His expletis, si altera particula sacramenti superfuerit (superesse autem semper debet, praeterquam in casu jam dicto, pag. 37. Nr. 4.), genuslectit, surgit, et accipiens vas cum sacramento, facit cum eo signum crucis super infirmum, nihil dicens, et reverenter illud deferens, ordine, quo venerat, revertitur ad ecclesiam, dicendo psalmum: Laudate Dominum de coelis &c., et alios psalmos et hymnos, vel rosarium B. M. V., aut alias pias preces, prout tempus feret.*

23. *Cum pervenerit ad ecclesiam , ponit sacramentum super altare , adorat , deinde dicit :*

V. Panem de coelo praestitisti eis.

R. Omne delectamentum in se habentem.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s .

Deus , qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti : tribue quae sumus , ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari ; ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus : Qui vivis et regnas cum Deo Patre &c. R. Amen.

24. *Postea cum sacramento in pyxide velo cooperta faciat signum crucis super populum , nihil dicens . Postremo illud in loco suo reponat .*

25. *Quod si ob difficultatem aut longitudinem itineris , vel quia ea , qua decet , veneratione sacramentum ad ecclesiam commode reportari non potest , sumpta fuerit una tantum particula consecrata , ut dictum est , tunc ea infirmo administrata , sacerdos praedictis precibus recitatis , eum extenta manu dextera benedicit , dicens : Benedictio Dei omnipotentis , Pa-*

tris †, et Filii, et Spiritus Sancti descendat super te, et maneat semper. R. Amen.

Deinde suavibus verbis infirmum consoletur, et una cum aliis privato habitu, extinctis luminibus, umbella demissa, latente pyxide, ad ecclesiam vel domum quisque suam revertatur.

26. Quod si aeger, sumpto viatico, dies aliquot vixerit, vel periculum mortis evaserit, et communicare voluerit, ejus pio desiderio parochus non deerit.

27. Si infirmus, ad quem vocatur sacerdos, tam graviter aegrotat, ut mortis periculum imminere videatur, tunc sacerdos cum sacro viatico debet et oleum infirmorum ad eum deferre, et postquam infirmus viaticum sumpserit, et sacerdos orationem: Domine sancte &c., ut supra pag. 46. Nr. 21. dixerit, brevi admonitione ad infirmum praemissa, recitet statim flexis genibus psalmum 129.: De profundis &c. cum litanis, ut paulo infra pag. 53. Nr. 7., quibus finitis, mox ad lectum infirmi accedens, signum crucis super eum faciat, et extendens, imponensque manum dexteram super caput ejus dicat: In nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti extinguatur &c. ut infra Nr. 10., et pro-

*sequatur usque ad finem, observans omnia,
quae abhinc pro administratione sacra-
menti extremae unctionis praescripta sunt;
quibus omnibus peractis demum altera
particula sacramenti, si superfuerit, reve-
renter reportetur ad ecclesiam (ut supra
pag. 46. Nr. 22 — 24.) in tabernaculo re-
ponenda.*

Ordo ministrandi Sacramentum extremae unctionis.

1. Sacerdos *hoc sacramentum mini-
stratus, quatenus fieri poterit, parari
curet apud infirmum mensam mappa can-
dida coopertam, cum imagine crucifixi in-
ter duas candelas accensas ponenda, item-
que vas, in quo sit bombacium, seu quid
simile in septem globulos distinctum, ad
abstergendas partes inunctas, medullam
panis ad detergundos digitos, et aquam ad
abluendas sacerdotis manus, ceream item
candelam, quae deinde accensa ipsi un-
genti lumen praebeat. Denique operam
dabit, ut quanta poterit munditia ac ni-
tore hoc sacramentum ministretur.*

2. Deinde convocatis clericis seu ministris, vel saltem uno clero seu ministro, qui crucem sine hasta, aquam benedictam cum aspersorio, et librum ritualem deferat, ipse parochus decenter accipit vas sacri olei infirmorum, sacculo serico violacei coloris inclusum, illudque caute defert, ne effundi possit. Quodsi longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel alias adsit periculum effusionis, vas olei sacculo aut bursa inclusum, ut dictum est, ad collum appendat, ut commodius et securius perferat. Procedat autem sine sonitu campanulae.

3. Cum perrentum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, sacerdos intrans cubiculum, dicit :

Pax huic domui. **R.** Et omnibus habitantibus in ea.

Der Friede sey mit diesem Hause.

Ant. Und mit allen, die es bewohnen.

Mir bodi ti hishi.

Odg. In vslm, ki v' nji prebivajo.

4. Deinde deposito oleo super mensam, superpelliceo super vestem talarem, stolaque violacea indutus, aegroto crucem piedesculandam porrigit; mox in modum crucis eum aqua benedicta, et cubiculum

et circumstantes aspergit, dicens antiphonam:

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealabor; *et primum versum psalmi:* Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam; *cum* Gloria Patri &c. Sicut erat &c. *deinde repetitur antiphona:* Asperges me &c.

5. *Sacerdos nunc ad aegrotum accedat, eum suaviter salutet, et si voluerit confiteri, audiat illum et absolvat, deinde prius verbis illum consoletur, et de hujus sacramenti vi atque efficacia, si tempus ferat, breviter admoneat, et quantum opus sit, ejus animum confirmet, et in spem erigat vitae aeternae.*

6. *Postea stans versus aegrotum dicat:*

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Introeat, Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostrae humilitatis ingressu aeterna felicitas, divina prosperitas, serena laetitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna:

effugiat ex hoc loco accessus daemonum,
adsint angeli pacis; domumque hanc dese-
rat omnis maligna discordia. Magnifica,
Domine, super nos nomen sanctum tuum,
et benedic \dagger nostrae conversationi; sanc-
tifica nostrae humilitatis ingressum, qui
sanctus et qui pius es, et permanes cum
Patre et Spiritu Sancto in saecula saecu-
lorum. Amen.

Oremus et deprecemur Dominum nostrum
Jesum Christum, ut benedicendo benedicat \dagger
hoc tabernaculum, et omnes habitantes in
eo, et det eis angelum bonum custodem,
et faciat eos sibi servire ad considerandum
mirabilia de lege sua: avertat ab eis omnes
contrarias potestates; eripiat eos ab omni
formidine, et ab omni perturbatione, ac
sanos in hoc tabernaculo custodire digne-
tur. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit
et regnat Deus in saecula saeculorum.
Amen.

O r e m u s .

Exaudi nos, Domine sancte, Pater om-
nipotens, aeterne Deus, et mittere digneris
sanctum angelum tuum de coelis, qui cu-
stodiat, foveat, protegat, visitet atque de-
fendat omnes habitantes in hoc habitaculo.
Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hae tamen orationes, si tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti.

7. Tunc sacerdos flexis coram crucifixi imagine genibus psalmum sequentem, et litanias breves, in quibus competenti loco inseritur nomen patroni ecclesiae parochialis, et aegrotantis, clara voce recitabit, ut adstantes comprecari possint.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te, Domine: *
Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes, * in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Domine: *
Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est; * et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: *
speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, *
speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri &c.

Aus der Tiefe rufe ich zu dir, o Herr! Herr erhöre meine Stimme.

Laß Acht haben dein Ohr auf die Stimme meines Flehens.

Wenn du Acht haben wolltest auf die Missethaten, Herr! wer könnte dann bestehen, o Herr?

Aber bey dir ist Versöhnung; und um deines Gesetzes willen harre ich auf dich, o Herr!

Meine Seele harret auf sein Wort! meine Seele hoffet auf den Herrn.

Von der Morgenwache bis in die Nacht hoffe Israel auf den Herrn.

Denn bey dem Herrn ist Barmherzigkeit, und bey ihm ist überreiche Erlösung.

Und er wird Israel erlösen, von allen seinen Sünden.

Ehre sey dem Vater, und dem Sohne, und dem heiligen Geiste; als sie war im Anfange, jetzt, und allezeit, und in alle Ewigkeit. Amen.

Is globozhíne vpíjem k' tebi, o Gospód!
Gospód uslíšhi moj glás.

Naj poslúshajo tvoje ushésa glas moje proshnje.

Gospód! zhe bosk savoljo pregréh rajtengo tirjal: o Gospód, kdo bo obstal?

Ali per tebi je odpushánje gréhov, in savoljo tvoje postáve zhákam na tebe, o Gospód!

Moja dufha zhaka spolnjenja njegove besede: moja dufha v' Gospóda saupa.

Od jutrejniga zhuvanja noter do nozhi, naj Israel v' Gospóda saupa.

Ker per Gospódu je usmiljenje, in per njem je obilno odreshenje.

In on bo Israel réshil od vseh njegóvih hudobij.

Zhaft bodi Ozhétu, in Šinu, in fvetimu Dúhu; kakor je bila v' sazhétku, in sdaj in vselej, in vékomej. Amen.

Litaniae breves.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Sancta Maria,

Omnes sancti angeli et archangeli,

Sancte Abel,

Omnis chorus justorum,

Sancte Abraham,

Sancte Joannes Baptista,

Sancte Joseph,

Omnes sancti patriarchae et prophetae,

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Andrea,

Sancte Joannes,

Ora (orate) pro eo (ea).

Omnis sancti apostoli et evangelistae,
Omnis sancti discipuli Domini,
Omnis sancti innocentes,
Sancte Stephane,
Sancte Laurenti,
Omnis sancti martyres,
Sancte Silvester,
Sancte Gregori,
Sancte Augustine,
Omnis sancti pontifices et confessores,
Sancte Benedicte,
Sancte Francisce,
Omnis sancti monachi et eremita,
Sancta Maria Magdalena,
Sancta Lucia,
Omnis sanctae virgines et viduae,
**Omnis Sancti et Sanctae Dei. Intercedite
pro eo (ea).**

Propitius esto. Parce ei Domine.

Propitius esto,

Propitius esto,

A peccatis ejus,

A variis languoribus,

Ab insidiis diaboli,

A morte perpetua,

Ab ira tua,

Ab omni malo,

Per adventum tuum,

Ora (orate) pro eo (ea).

Liberare eum (eam) Domine.

Per incarnationem et nativitatem tuam,
 Per jejunium tuum,
 Per crucem et passionem tuam,
 Per gloriosam resurrectionem tuam,
 Per admirabilem ascensionem tuam,
 Per adventum Spiritus Sancti Paracliti,
 In hora mortis, et die judicii,
 Peccatores,
 Ut praesentem infirmum (infirmitatem) vi-
 sitare et consolari digneris,
 Ut pacem tuam ei dones,
 Ut fontem lacrymarum ei dones,
 Ut cogitationes pravas ab eo (ea) au-
 ferre digneris,
 Ut remissionem omnium peccatorum ei
 dones,
 Ut spatium poenitentiae ei dones,
 Ut sanitatem animae et corporis ei
 dones,
 Ut gratiam et consolationem Sancti
 Spiritus cordi ipsius infundere dig-
 neris,
 Ut in praesenti periculo succurrere ei
 digneris,
 Ut ad gaudia sempiterna eum (eam)
 perducere digneris,
 Ut nos exaudire digneris,
 Fili Dei,

Libera eum (eam)

Domine.

Te rogamus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Herr, erbarme dich unsrer.

Christe, erbarme dich unsrer.

Herr, erbarme dich unsrer.

Heilige Maria,

Alle heiligen Engel und Erzengel,

Heiliger Abel,

Der ganze Chor der Gerechten,

Heiliger Abraham,

Heiliger Johann der Täufer,

Heiliger Joseph,

Alle heiligen Patriarchen und Propheten,

Heiliger Peter,

Heiliger Paul,

Heiliger Andreas,

Heiliger Johann,

Alle heiligen Apostel und Evangelisten,

Bitt (Bittet) für ihn (sie).

Alle heiligen Jünger des Herrn,
 Alle heiligen unschuldigen Kinder,
 Heiliger Stephan,
 Heiliger Lorenz,
 Alle heiligen Märtyrer,
 Heiliger Sylvester,
 Heiliger Gregor,
 Heiliger Augustin,
 Alle heiligen Bischöfe und Beichtiger,
 Heiliger Benedikt,
 Heiliger Franziskus,
 Alle heiligen Mönche und Einsiedler,
 Heilige Maria Magdalena,
 Heilige Luzia,
 Alle heiligen Jungfrauen und Wittwen,
 Alle Heiligen Gottes,
 Sey ihm (ihr) gnädig. Verschone ihn (sie) o Herr!
 Sey ihm (ihr) gnädig.
 Sey ihm (ihr) gnädig.
 Von seinen (ihren) Sünden,
 Von seinen (ihren) Schmerzen,
 Von den Nachstellungen des Teufels,
 Von ewigen Tode,
 Von deinem Zorne,
 Von allem Uebel,
 Durch deine Ankunft,
 Durch deine Menschwerdung und Geburt,
 Durch dein heiliges Fasten,

Bitt (Wittel) für ihn (sie).

Erlöse ihn (sie) o Herr!

Durch deine Leiden, und durch deinen Tod
am Kreuze,
Durch deine glorreiche Auferstehung,
Durch deine wunderbare Himmelfahrt,
Durch die Ankunft des heiligen Geistes des
Trösters,
In der Todesstunde und am Tage des Ge-
richtes,
Wir arme Sünder,
Dass du diesen Kranken (diese Kranken) heim-
suchen und trösten wollest,
Dass du ihm (ihr) deinen Frieden schenken
wollest,
Dass du ihm (ihr) die Gabe der Bußthränen
verleihen wollest,
Dass du ihn (sie) vor bösen Gedanken behü-
ten wollest,
Dass du ihm (ihr) alle Sünden nachsehen
wollest,
Dass du ihm (ihr) Zeit zur Bütte lassen
wollest,
Dass du ihm (ihr) die Gesundheit des Leibes
und der Seele gewähren wollest,
Dass du seinem (ihrem) Herzen die Gnade
und den Trost des heiligen Geistes ein-
gießen wollest,
Da du ihm (ihr) in der gegenwärtigen Gefahr
zu Hilfe kommen wollest,

Erlöse ihn (sie) o Herr!

Wir bitten dich, erhöre uns.

Daß du ihn (sie) in die ewige Freude einfüh- }
 ren wollest,
 Daß du uns erhören wollest,
 Du Sohn Gottes,
 }
 Wir bitten dich
 erhöre uns.

O du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst die
 Sünden der Welt; Schone unsrer, o Herr!
 O du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst die
 Sünden der Welt; Erhöre uns, o Herr!
 O du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst die
 Sünden der Welt; Erbarme dich unsrer, o Herr!
 Christe, höre uns.
 Christe, erhöre uns.
 Herr, erbarme dich unsrer.
 Christe, erbarme dich unsrer.
 Herr, erbarme dich unsrer.

Gospód, usmíli se naš.
 Kríste, usmíli se naš.
 Gospód, usmíli se naš.
 Šveta Marija,
 Vsi sveti angeli in arhangeli,
 Šveti Abel,
 Vsa drushba pravizhnih,
 Šveti Abraham,
 Šveti Janes kerstnik,
 Šveti Joshef,
 Vsi sveti ozhaki in preroki,
 Šveti Peter,

}
 Prósi (Profite) sanj (sanjo).

Šveti Paul,
 Šveti Andrej,
 Šveti Janes,
 Vsi sveti apostelní in evangeliisti,
 Vsi sveti uzhenzi Gospodovi,
 Vsi sveti nedolshni otrozi,
 Šveti Šhtefan,
 Šveti Lavrenz,
 Vsi sveti marterniki,
 Šveti Šilvester,
 Šveti Gregor,
 Šveti Augushtin,
 Vsi sveti shkofje in sposnovavzi,
 Šveti Benedikt,
 Šveti Franzifhk,
 Vsi sveti mnihi in pushávniki,
 Šveta Marija Magdalena,
 Šveta Luzija,
 Vse svete devíze in vdove,
 Vsi svetniki in svetnize boshje,
 Bodi mu (ji) milostiv. Saneši mu (ji) o
 Gospod!

Bódi mu (ji) milostiv,
 Bódi mu (ji) milostiv,
 Od njegovih (njenih) gréhov,
 Od njegovih (njenih) bolezhin,
 Od skufhnjav hudízhevih,
 Od vezhne smerti,

Rethi ga (jo) o
 Gospod!

Prôsi (Prosíte) sanj (sanjo).

Réshi ga(jo) o Gospod!

Prófimo te, uflíshi naf.

Od svoje jése,
 Od všiga hudiga,
 Škosi svoj prihod,
 Škosi svoje vzhlovezhenje in rojstvo,
 Škosi svoj sveti post,
 Škosi svoje terpljenje in svojo smert
 na krishi,
 Škosi svoje zhaftitljivo vstajenje,
 Škosi svoj zhudni vnebohod,
 Škosi prihod trofhtarja svetiga Duhá,
 Šmertno uro in sódnji dan,
 Mi greshniki,
 De tega bolníka (to bolno) obíshesf
 in oveselish,
 De mu (ji) svoj mir dodelish
 De mu (ji) duhá resnízhne pokóre do-
 delish,
 De ga (jo) hudih misel obvárujesh,
 De mu (ji) vše gréhe odpústish,
 De mu (ji) zhaf se spokoríti puštish,
 De mu (ji) telésno in dushno sdravje
 dodelish,
 De v' njegovo (v' njeno) ferzé gnado
 in tolashbo svetiga Duhá vlijesh,
 De mu (ji) v' prizhujozhi nevarnosti
 pomagash,
 De ga (jo) v' vézhno veselje perpe-
 ljesh,

De naſ uſliſhiſh, Proſimo te, uſliſhi naſ.

Šin Boshji, Proſimo te, uſliſhi naſ.

Jagnje Boshje, ki gréhe fvetá odjemljefh;

Saneſi nam, o Gospod!

Jagnje Boshje, ki gréhe fvetá odjemljefh;

Uſliſhi naſ, o Gospód!

Jagnje Boshje, ki gréhe fvetá odjemljefh;

Uſmili ſe naſ, o Gospód!

Kriſte, ſliſhi naſ.

Kriſte, uſliſhi naſ.

Gospód, uſmili ſe naſ.

Kriſte, uſmili ſe naſ.

Gospód, uſmili ſe naſ.

8. Tum de more facta, latino vel vulgari sermone, confessione generali: Conſiteor Deo omnipotenti &c., ſive ab infirmo, ſive ejus nomine ab alio, sacerdos ad lectum infirmi accedens, dicit:

Misereatur tui omnipotens Deus, et di-
missis peccatis tuis, perducat te ad vitam
aeternam. R. Amen.

Indulgentiam †, absolutionem et remiſ-
ſionem peccatorum tuorum tribuat tibi om-
nipotens et misericors Dominus. R. Amen.

*9. Antequam autem sacerdos incipiat
ungere infirmum, moneat adſtantes, ut
pro illo orent, et ubi commodum fuerit,
pro loco et tempore, et adſtantium nu-*

mero vel qualitate, recitent septem psalmos poenitentiales cum litanis (ut infra pag. 74.), vel alias preces, dum ipse unctionis sacramentum administrat.

10. *Mox signum crucis super aegrotum faciens, dein extendens et imponens manum dexteram super caput ejus, dicat:*

In nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti extinguitur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, et per invocationem omnium sanctorum angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, atque omnium simul sanctorum. Amen.

11. *Deinde intincto pollice in oleo sancto, in modum crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formae in hunc modum:*

Ad oculos.

Per istam sanctam unctionem †, et sumam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti. Amen.

12. *Dum oculos, aures, et alia corporis membra, quae paria sunt, sacerdos inungit, caveat, ne alterum ipsorum ungendo sacramenti formam prius absolvat;*

*quam ambo hujusmodi paria membra per-
unxerit.*

13. *Minister vero, si est in sacris, vel
ipsemet sacerdos, post quamlibet unctionem
tergat loca inuncta novo globulo bombacii
vel rei similis, eaque in vase mundo re-
ponat, et ad ecclesiam postea deferat,
comburat, cineresque projiciat in sacra-
rium.*

Ad aures.

Per istam sanctam unctionem \dagger , et suam
piissimam misericordiam, indulgeat tibi Do-
minus, quidquid per auditum deliquisti.
Amen.

Ad narcs.

Per istam sanctam unctionem \dagger , et suam
piissimam misericordiam, indulgeat tibi Do-
minus, quidquid per odoratum deliquisti.
Amen.

Ad os, compressis labiis.

Per istam sanctam unctionem \dagger , et suam
piissimam misericordiam, indulgeat tibi Do-
minus, quidquid per gustum et locutionem
deliquisti. Amen.

Ad manus.

Per istam sanctam unctionem \dagger , et suam
piissimam misericordiam, indulgeat tibi Do-
minus, quidquid per tactum deliquisti. Amen.

Et adverte, quod manus, quae reliquis infirmis interius ungi debent, presbyteris exterius ungantur.

Ad pedes.

Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per gressum deliquisti. Amen.

Ad lumbos, sive renes.

Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per lumborum delectationem deliquisti. Amen.

14. *Haec autem unctione ad lumbos omit-titur semper in foeminis, et etiam in viris, qui commode moveri non possunt.*

15. *Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eadem verborum forma; sed sive in mulieribus, sive in viris alia corporis pars pro renibus ungi non debet.*

16. *Quibus omnibus peractis, sacerdos dicit:*

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum (*vel* salvam fac ancillam tuam).

R. Deus meus, sperantem in te.

V. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eum (*vel* eam).

V. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in eo (*vel* ea).

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Domine Deus, qui per apostolum tuum Jacobum locutus es: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei: cura, quaesumus, Redemptor noster, gratia Sancti Spiritus, languores istius infirmi (*vel* infirmae), ejusque sana vulnera, et dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis et corporis ab eo (*vel* ea) expelle, plenamque interius et exterius sanitatem misericorditer redde, ut

ope misericordiae tuae restitutus (*vel* restituta), ad pristina reparetur officia: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

O r e m u s .

Respice, quaesumus, Domine, famulum tuum (*vel* famulam tuam) N., in infirmitate sui corporis fatiscentem, et animam refove, quam creasti: ut castigationibus emendatus (*vel* emendata), se tua sentiat medicina salvatum (*vel* salvatam). Per Christum Dominum nostrum. Amen.

O r e m u s .

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui benedictionis tuae gratiam aegris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis: ad invocationem tui nominis benignus assiste; ut famulum tuum (*vel* famulam tuam) ab aegritudine liberatum (*vel* liberatam), et sanitatem donatum (*vel* donatam), dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque ecclesiae tuae sanctae cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

17. *Deinde assumpta imagine s. crucis, facit super infirmum sequentes benedictiones, dicens:*

Dominus noster Jesus Christus apud te sit, ut te de † fendat. — Intra te sit, ut te re † ficiat. — Circa te sit, ut te con † servet. — Ante te sit, ut te de † ducat. — Post te sit, ut te con † fortet. — Super te sit, ut te undique muniat et bene † dicat.

V. Spiritus Sanctus descendat et maneat super te. **R.** Amen.

V. Propitietur Dominus cunctis iniquitatibus tuis. **R.** Amen.

V. Et sanet omnes languores tuos. **R.** Amen.

V. Redimatque de interitu vitam tuam.
R. Amen.

Et faciat in omnibus bonis desiderium tuum, qui solus in Trinitate unus Deus vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen. Pax tecum.

18. Postea extendit manum dexteram, vel si commode potest, tangit caput ipsius infirmi, dicendo :

Sanet te Deus Pater, qui te creavit in carne.

Sanet te Filius, qui pro te passus est in cruce.

Sanet te Spiritus Sanctus, qui tibi infusus est in baptismate.

Sancta et laudabilis Trinitas, unus Deus,
gratiam suam ad profectum salutis animae
et corporis in te augeat, et ab omni malo
te liberet, ac in bono jugiter conservet.
Qui vivit et regnat in saecula saeculorum.
Amen.

19. His dictis exhibeat infirmo imaginem crucifixi, monendo, ut omnem suam confidentiam in dominicae passionis merita infiniti pretii collocet, et illam aegroto porrigit deosculandam, talia dicens:

Jesus Christus, vereinigend die göttliche mit der menschlichen Natur, hat uns durch sein Kreuz und Leiden von der Knechtschaft des bösen Feindes, und der Sünde erlöst; er will uns jetzt auch seine Rechte reichen, damit wir Schäflein seiner Heerde, Rettung und Heil erlangen. Er, unser Erlöser, erquicket seine Kinder auch in ihren Leiden mit Trost und Freude, und mit himmlischen Tröstungen; wir bitten ihn darum demüthig, voll der Neue über unsere Vergehungungen, und voll Vertrauen auf seine unendliche Barmherzigkeit. Der liebe Gott sendet uns Hülfe von oben, und wird uns nach unserm Hinscheiden eine glückselige Auferstehung verleihen. Durch Christum unsern Herrn. Amen.

Jesus Kristus, ki je boshjo natoro s' zhloveshko sklenil, naš je s' svojim krishem in terpljenjem od fushnosti hudiga duhá in

gréha odreshil; tudi sdaj nam svojo defnizo podati hozhe, de mi, ovzhize njegove zhéde, odreshenje in svelizhanje sadobimo. On, nash Odreshenik, pokrepzhuje svoje otroke tudi v' njih terpljenji s' tolashbo in vefeljem, ter s' nebefhkimi potolashbami; satorej ga ponishno prósimo, polni kefánja savolj svojih gréhov, in polni saupanja v' njegovo nefkonzhno usmiljenje. Ljubesnjivi Bog nam poshilja pomózh od sgorej, in nam bo po nashi smerti frezhno vftajenje dodelil. Po Kristusu Gospódu nashim. Amen.

20. Ad extremum pro personae qualitate, salutaria monita breviter praebere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur, et ad fugandas demonum tentationes roboretur.

21. Denique aquam benedictam et crucem, nisi aliam habeat, coram eo relinquet, ut illam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur et amplectatur.

22. Admoneat etiam domesticos et ministros infirmi, ut, si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum sacerdotem accersant, ut morientem adjuvet, ejusque animam Deo commendet; sed si mors immineat, priusquam

discedat, sacerdos animam Deo rite commendabit.

23. *Si quis autem laborat in extremis, et periculum immineat, ne decedat, antequam finiantur unctiones, cito inungatur, incipiendo ab eo loco: Per istam sanctam unctionem &c. ut supra pag. 65.; deinde si adhuc supervivat, dicantur orationes praetermissae, suo loco positae.*

24. *Quodsi dubitet, an vivat adhuc, unctionem prosequatur, sub conditione pronuntiando formam, dicens: Si vivis, per istam sanctam unctionem &c. ut supra.*

25. *Si vero, dum inungitur, infirmus decedat, presbyter ultra non procedat, et praedictas orationes omittat.*

26. *His peractis sacerdos abstergat medulla panis digitos, praesertim pollicem, quo in unctionibus usus est, manusque lavet; lotionis vero aquam igni tradat, nisi eam (ut supra pag. 66. Nr. 13. globulos bombacii) secum deferre possit, ad effundendam in sacrarium.*



Septem psalmi poenitentiales cum Litaniis.

*Pro infirmis, dum sacro liniuntur oleo,
seu pro alia necessitate, dicuntur flexis
genibus.*

Antiphona. Ne reminiscaris.

Psalmus 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me: *
neque in ira tua corripias me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus
sum: * sana me, Domine, quoniam con-
turbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * sed
tu, Domine, usquequo?

Convertere, Domine, et eripe animam
meam: * salvum me fac propter misericor-
diam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor
sit tui: * in inferno autem quis confitebitur
tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per sin-
gulas noctes lectum meum: * lacrymis meis
stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: *
inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes, qui operamini
iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus
vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur et erubescant valde velociter. Gloria Patri &c.

Psalmus 31.

Beati, quorum remissae sunt iniquitates: * et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, * nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, * dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: * conversus sum in aerumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: * et injustitiam meam non abscondi.

Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: * et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus * in tempore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione, quae circumdedit me: * exultatio mea erue me a circumstantibus me.

Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradieris: * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus, * quibus non est intellectus.

In camo et fraeno maxillas eorum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, * sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Laetamini in Domino, et exultate justi, * et gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri &c.

Psalmus 37.

Domine, ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi: * et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie irae tuae: * non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum: * et sicut onus grave gravatae sunt super me.

Putruerunt, et corruptae sunt cicatrices meae, * a facie insipientiae meae.

Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem: * tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusio-
nibus: * et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, et humiliatus sum nimis: *
rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium me-
um: * et gemitus meus a te non est abscon-
ditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit
me virtus mea: * et lumen oculorum meo-
rum, et ipsum non est mecum.

Amici mei, et proximi mei * adversum
me appropinquaverunt et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe stete-
runt: * et vim faciebant, qui quaerebant
animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti
sunt vanitates: * et dolos tota die medita-
bantur.

Ego autem tamquam surdus non audie-
bam: * et sicut mutus non aperiens os
suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: *
et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te, Domine, speravi: * tu
exaudies me, Domine Deus meus.

Quia dixi: Ne quando supergaudeant
mihi inimici mei: * et dum commoventur
pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: *
et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: *
et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati
sunt super me: * et multiplicati sunt, qui
oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahe-
bant mihi: * quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine Deus me-
us: * ne discesseris a me.

Intende in adjutorium meum, * Domine
Deus salutis meae.

Gloria Patri &c.

Psalmus 50.

Miserere mei, Deus, * secundum mag-
nam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum
tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: *
et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognos-
co: * et peccatum meum contra me est
semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te
feci: * ut justificeris in sermonibus tuis,
et vincas, cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae: * et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: * ut aedificantur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes et holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri &c.

Psalmus 101.

Domine, exaudi orationem meam: * et clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam a me: * in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te, * velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: * et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut foenum, et aruit cor meum: * quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei * adhaesit os meum carni meae.

Similis factus sum pellicano solitudinis: * factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, * et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: * et qui laudabant me, adversum me jurabant.

Quia cinerem tamquam panem manduca-
bam, * et potum meum cum fletu miscebam.

A facie irae et indignationis tuae: *
quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt: *
et ego sicut foenum arui.

Tu autem, Domine, in aeternum per-
manes: * et memoriale tuum in generatio-
nem et generationem.

Tu exurgens misereberis Sion: * quia
tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides
ejus: * et terrae ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum, Domi-
ne: * et omnes reges terrae gloriam tuam.

Quia aedificavit Dominus Sion: * et vi-
debitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium: * et
non sprevit precem eorum.

Scribantur haec in generatione altera: *
et populus, qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: *
Dominus de coelo in terram aspexit.

Ut audiret gemitus compeditorum: * ut
solveret filios interemptorum.

Ut annuntient in Sion nomen Domini: *
et laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum, * et reges, ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis sua: * paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revokes me in dimidio dierum meorum: * in generationem et generationem anni tui.

Initio tu, Domine, terram fundasti: * et opera manuum tuarum sunt coeli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: * et omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut operatorium mutabis eos, et mutabuntur: * tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt: * et semen eorum in saeculum dirigetur.

Gloria Patri &c.

Psalmus 129.

De profundis &c. *ut supra pag. 53. In fine:* Gloria Patri &c.

Psalmus 142.

Domine, exaudi orationem meam, aribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: * exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo tuo: * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi: * et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: * anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me, Domine: * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: * et similis ero descendantibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: * quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in aequitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: * et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam
meam: * quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri &c.

Antiphona. Ne reminiscaris, Domine,
delicta nostra, vel parentum nostrorum: ne-
que vindictam sumas de peccatis nostris.

Litaniae ordinariae.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de coelis Deus,

Fili, redemptor mundi Deus,

Spiritus Sancte Deus,

Sancta Trinitas unus Deus,

Sancta Maria,

Sancta Dei genitrix,

Sancta virgo virginum,

Sancte Michaël,

Sancte Gabriel,

Sancte Raphaël,

Omnes sancti angeli et archangeli,

Omnes sancti beatorum spirituum or-
dines,

Sancte Joannes Baptista,

Sancte Joseph,

Omnes sancti patriarchae et prophetae,

Miserere
nobis.

Ora (orate) pro nobis.

Sancte Petre,
 Sancte Paule,
 Sancte Andrea,
 Sancte Jacobe,
 Sancte Joannes,
 Sancte Thoma,
 Sancte Jacobe,
 Sancte Philippe,
 Sancte Bartholomaee,
 Sancte Matthae,
 Sancte Simon,
 Sancte Thaddae,
 Sancte Mathia,
 Sancte Barnaba,
 Sancte Luca,
 Sancte Marce,
 Omnes sancti apostoli et evangelistae,
 Omnes sancti discipuli Domini,
 Omnes sancti innocentes,
 Sancte Stephane,
 Sancte Laurenti,
 Sancte Vincenti,
 Sancti Fabiane et Sebastiane,
 Sancti Joannes et Paule,
 Sancti Cosma et Damiane,
 Sancti Gervasi et Protasi,
 Omnes sancti martyres,
 Sancte Silvester,

Ora (orate) pro nobis.

Sancte Gregori,
Sancte Ambrosi,
Sancte Augustine,
Sancte Hieronyme,
Sancte Martine,
Sancte Nicoláe,
Omnes sancti pontifices et confessores,
Omnes sancti doctores,
Sancte Antoni,
Sancte Benedicte,
Sancte Bernarde,
Sancte Dominice,
Sancte Francisce,
Omnes sancti sacerdotes et levitae,
Omnes sancti monachi et eremitae,
Sancta Maria Magdalena,
Sancta Agatha,
Sancta Lucia,
Sancta Agnes,
Sancta Caecilia,
Sancta Catharina,
Sancta Anastasia,
Omnes sanctae virgines et viduae,
**Omnes Sancti et Sanctae Dei, Intercedite
pro nobis.**

Propitius esto, Parce nobis, Domine.
Propitius esto, Exaudi nos, Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.

Ora (orate) pro nobis.

Ab omni peccato,
 Ab ira tua,
 A subitanea et improvisa morte,
 Ab insidiis diaboli,
 Ab ira, et odio, et omni mala voluntate,
 A spiritu fornicationis,
 A fulgure et tempestate,
 A morte perpetua,
 Per mysterium sanctae incarnationis
 tuae,
 Per adventum tuum,
 Per nativitatem tuam,
 Per baptismum et sanctum jejunium
 tuum,
 Per crucem et passionem tuam,
 Per mortem et sepulturam tuam,
 Per sanctam resurrectionem tuam,
 Per admirabilem ascensionem tuam,
 Per adventum Spiritus Sancti Paracliti,
 In die judicii,
 Peccatores,
 Ut nobis parcas,
 Ut nobis indulgeas,
 Ut ad veram poenitentiam nos perdu-
 cere digneris,
 Ut ecclesiam tuam sanctam regere et
 conservare digneris,

Libera nos Domine.

Te rogamus, audi
nos.

Ut domnum apostolicum (*) et omnes
 ecclesiasticos ordines in sancta
 religione conservare digneris,
 Ut inimicos sanctae ecclesiae humiliare
 digneris,
 Ut regibus et principibus christianis
 pacem et veram concordiam do-
 nare digneris,
 Ut cuncto populo christiano pacem et
 unitatem largiri digneris,
 Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio
 confortare et conservare digneris,
 Ut mentes nostras ad coelestia desi-
 deria erigas,
 Ut omnibus benefactoribus nostris sem-
 piterna bona retribuas,
 Ut animas nostras, fratrum, propin-
 quorum, et benefactorum nostrorum
 ab aeterna damnatione eripias,
 Ut fructus terrae dare et conservare
 digneris,
 Ut omnibus fidelibus defunctis requiem
 aeternam donare digneris,
 Ut nos exaudire digneris,
 Fili Dei,

Te rogamus, audi nos.

(*) *Sede papali vacante omissis verbis: Domnum apostolicum, dicatur: Ut omnes ecclesiasticos ordines &c.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Misericordere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster &c. *secreto.*

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

Psalmus 69.

Deus, in adjutorium meum intende: *
Domine, ad adjuvandum me festina.

Confundantur et revereantur, * qui quaerunt animam meam.

Avertantur retrorsum, et erubescant, *
qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent et laetentur in te omnes, qui quaerunt te, * et dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus et pauper sum: *
Deus, adjuva me.

Adjutor meus, et liberator meus es tu: *
Domine, ne moreris.

Gloria Patri &c. **S**

V. **S**alvos fac servos tuos.

R. **D**eus meus, sperantes in te.

V. **E**sto nobis, Domine, turris fortitudinis.

R. **A** facie inimici.

V. **N**ihil proficiat inimicus in nobis.

R. **E**t filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

V. **D**omine, non secundum peccata nostra facias nobis.

R. **N**eque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

V. **O**remus pro pontifice nostro N. (*)

R. **D**ominus conservet eum, et vivificer eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

V. **O**remus pro benefactoribus nostris.

R. **R**etribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam aeternam. Amen.

V. **O**remus pro fidelibus defunctis.

R. **R**equiet aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis.

(*) *Sede papali vacante omittatur, et statim datur: Oremus pro benefactoribus nostris, &c.*

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Pro fratribus nostris absentibus.

R. Salvos fac servos tuos, Deus meus,
sperantes in te.

V. Mitte eis, Domine, auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Deus, cui proprium est misereri semper
et parcere; suscipe deprecationem nostram:
ut nos, et omnes famulos tuos, quos delic-
torum catena constringit, miseratio tuae
pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quae sumus Domine, supplicum
preces, et confitentium tibi parce peccatis:
ut pariter nobis indulgentiam tribuas benig-
nus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam
tuam clementer ostende: ut simul nos et a
peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas
pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia
placaris: preces populi tui supplicantis pro-

pitius respice; et flagella tuae iracundiae,
quae pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere
famulo tuo, pontifici nostro N. (*), et di-
rige eum secundum tuam clementiam in viam
salutis aeternae: ut te donante tibi placita
cupiat, et tota virtute perficiat.

Deus, a quo sancta desideria, recta con-
silia, et justa sunt opera: da servis tuis
illam, quam mundus dare non potest, pa-
cem; ut et corda nostra mandatis tuis de-
dita, et hostium sublata formidine, tempora
sint tua protectione tranquilla.

Ure igne Sancti Spiritus renes nostros,
et cor nostrum, Domine: ut tibi casto cor-
pore serviamus, et mundo corde placeamus.

Fidelium, Deus, omnium conditor et
redemptor, animabus famulorum famularum-
que tuarum remissionem cunctorum tribue
peccatorum: ut indulgentiam, quam semper
optaverunt, piis supplicationibus conse-
quantur.

Actiones nostras, quae sumus Domine,
aspirando praeveni, et adjuvando prose-
quere: ut cuncta nostra oratio et operatio

(*) *Sede papali vacante omittatur, et statim di-
catur oratio sequens: Deus, a quo sancta desi-
deria &c.*

a te semper incipiat, et per te coepta finiatur.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse praenoscis: te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuae clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum &c. R. Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus.

R. Amen.

V. Et fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

De visitatione et cura infirmorum.

1. *Parochus imprimis meminisse debet, non postremas esse muneric sui partes,*

*aegrotantium curam habere. Quare cum primum noverit, quempiam ex fidelibus curae suae commissis aegrotare, non expectabit, ut ad eum vocetur, sed ulti-
ad illum accedat; idque non semel tan-
tum, sed saepius, quatenus opus fuerit:
horteturque parochiales suos, ut vel ip-
sum, vel suos cooperatores, si quos habet,
admoneant, cum aliquem in parochia sua
aegrotare contigerit, praecipue si morbus
gravior fuerit.*

*2. Ad hoc juvabit, ut officium, morbo
graviori correptos curatoribus animarum
nuntiandi, in paroeciis majoribus, mon-
tosis et difficilibus accessu, interdum e
sacro suggestu promulgetur, ne quis divi-
nis auxiliis sua suorumque negligentia
frustretur.*

*3. Quodsi parochus legitime impeditus,
infirmorum, ut quando plures sunt, visi-
tationi interdum vacare non potest, id
praestandum curabit per suos cooperato-
res, vel alios sacerdotes, si quos habet in
parochia sua, aut his deficientibus, sal-
tem per laicos homines pios, et christiana
charitate praeditos.*

*4. Aegrotos visitans, ea, qua sacerdo-
tes Domini decet, honestate et gravitate*

se habeat, ut non aegris solum, sed sibi et domesticis verbo et exemplo prosit ad salutem.

5. *Eorum vero praecipuam curam geret, qui humanis auxiliis destituti, benigni ac providi pastoris charitatem et operam requirunt. Quibus si non potest ipse succurrere de suo, et eleemosynas illis, prout debet, si facultas suppetit, erogare, quantum fieri potest, sive per privatas, sive per publicas collectas, et eleemosynas illorum necessitatibus succurrentum curabit.*

6. *In primis autem spiritualem aegrotantium curam suscipiat, omnemque diligentiam in eo ponat, ut in via salutis eos dirigat, atque a diabolicis insidiis salutarium adjumentorum praesidio defendat ac tueatur.*

7. *Accedat autem sacerdos ad aegrotum ita paratus, ut in promptu habeat argumenta ad persuadendum apta, ac praesertim sanctorum exempla, quae plurimum valent, quibus eum in Domino consoletur, excitet ac recreet. Horteturque, ut omnem spem suam in Deo ponat, peccatorum suorum poeniteat, divinam misericordiam imploret, et infirmitatis poenas,*

tanquam paternam Dei visitationem, patienter ferat, et ad salutem suam provenisse credat, ut vitam moresque suos melius instituat.

8. *Deinde, qua per est, prudentia et charitate, hominem ad sacram confessio- nem inducat, et confitentem audiat, etiamsi velit totius vitae peccata confiteri; ac si opus fuerit, tam infirmo, quam ejus familiaribus vel propinquis in memoriam re- vocet, quod Lateranensis concilii, ac plu- rium summorum pontificum decretis ca- vetur sub gravibus poenis, ne medici ultra tertiam vicem aegrotos visitent, nisi prius ipsis certo constet, illos confessionis sa- cramento rite expiatos fuisse.*

9. *Illud praeterea diligenter servari cu- rabit, ne quis pro corporali salute aliquid aegroto suadeat, vel adhibeat, quod in de- trimentum animae convertatur.*

10. *Ubi vero periculum immineat, pa- rochus monebit aegrotum, ne daemonum astutia, neque domesticorum vel aliorum pollicitationibus, aut blanditiis se ullo modo decipi sinat, quominus ea, quae ad ani- mae salutem pertinent, opportune procu- ret, et qua par est devotione et celeritate sancta sacramenta, dum sana mens est,*

*integrique sensus, religiose suscipiat, ci-
tra fallacem illam ac perniciosa procras-
tinationem, quae plurimos ad aeterna
supplicia perduxit, in diesque fallente dia-
bolo perducit.*

11. *Quod si aeger aliquis hortationibus
ac monitis sacerdotum vel amicorum et
domesticorum consiliis adduci non potest,
ut velit peccata sua confiteri, tunc non
omnino desperanda res est; sed quamdiu
ille vivit, repetendae sunt frequentes, va-
riae et efficaces sacerdotum et aliorum
piorum hominum exhortationes; propo-
nendaque aeternae salutis damna et sem-
piternae mortis supplicia; ostendendaque
immensa Dei misericordia, eum ad poe-
nitentiam provocantis, ad ignoscendum pa-
ratissimi. Adhibendae sunt etiam tum pri-
vatae, tum publicae ad Deum preces, ad
divinam gratiam impetrandam pro salute
miseri decubentis.*

12. *Videbit denique sacerdos, quibus
potissimum temptationibus aut pravis op-
inionibus aeger sit subjectus, eique, prout
opus fuerit, apta remedia prudenter ad-
hibebit.*

13. *Sacras imagines Christi Domini
crucifixi, beatae Mariae Virginis, et sancti,*

quem aeger praecipue veneratur, ob oculos ejus apponi curabit. Vasculum item adsit aquae benedictae, qua frequenter aspergatur.

14. *Proponet etiam aegrotanti, prout ejus conditio feret, aliquas breves orationes, et pias mentis ad Deum excitationes: praesertim versiculos e psalmorum libro, vel orationem dominicam, et salutationem angelicam, symbolum fidei, vel passionis Domini nostri meditationem, et sanctorum martyria et exempla, ac coelestis gloriae beatitudinem. Haec tamen opportune et discrete suggerantur, ne aegroto molestia, sed levamen afferatur.*

15. *Consoletur infirmum, dicens, se pro eo in missae sacrificio, et aliis precibus oraturum, curaturumque, ut alii itidem pro eo faciant, idque re ipsa praestabit.*

16. *Si morbus gravior vel cum periculo fuerit, aegroto, nisi jam aliunde hoc factum sit, caute suadeat, ut, dum integramente est, rem suam omnem recte constituant, circa facultates suas rite pieque disponat, si quid habeat alienum, restituat, et debita, si quae habeat, solvat aut solvenda curet; sed haec aegroto sugerendo omnis avaritiae nota caveatur.*

17. *Hortetur denique, ut, si convaleverit, ante omnia ad ecclesiam veniat, ubi Deo gratias agat de restituta valetudine, et sacram communionem pie suscipiat, ac deinceps meliorem vitae disciplinam teneat.*

18. *Nemini nisi convenientia loquatur. Sciat considerate et urbaniter se gerere erga nobiles, et alios, ut ajunt, honoratores; familiarius agere cum plebeis; sciat aliter pios, aliter negligentes aut impios, aliter doctos, aliter rudes, aliter patientes, aliter impatientes aut desperantes esse alloquendos. Quoquo modo autem se gerat, eos ad veram poenitentiam conducere satagat.*

19. *Sacerdos igitur infirmi cubiculum ingressus primum dicat:*

Pax huic domui. **R.** Et omnibus habitantibus in ea.

Der Friede sey mit diesem Hause.

A n t. Und mit allen, die es bewohnen.

Mir bodi ti hishi.

Odg. In vslim, ki v' nji prebivajo.

20. *Mox infirmum et lectum ejus, et cubiculum aspergat aqua benedicta, dicens antiphonam: Asperges me Domine hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem*

dealbabor: *et primum versum psalmi:* Misserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam; *cum* Gloria Patri &c. Sicut erat &c. *et repetitur antiphona:* Asperges me &c.

21. *Deinde erga infirmum officium suum praestet, ut supra dictum est. Pauca hic annectimus ad obvium usum, quae prudens sacerdos post alia de statu valetudinis verba interjecta pro varietate salubriter inter colloquia ponere poterit.*

Actus fidei.

Ich glaube, Herr! aber ersehe du, was meinem Glauben fehlt. *Marc. 9, 23.*

O Herr! vermehre in uns den Glauben. *Luc. 17, 5.*

Gott hat die Welt so sehr geliebt, daß er seinen eingebornen Sohn hingab, damit alle, die an ihn glauben, nicht verloren gehen, sondern das ewige Leben haben. *Joan. 3, 16.*

Wer an den Sohn glaubt, der hat das ewige Leben. *Joan. 3, 36.*

Ta Herr! ich glaube, daß du Christus, der Sohn des lebendigen Gottes bist, der in diese Welt gekommen ist. *Joan. 11, 27.*

Ich glaube Gott, daß es so geschehen wird, wie mir gesagt worden ist. *Act. Apost. 27, 25.*

Vérujem, Gospód! pomágaj moji nevéri.
Gospód! pomnóshi nam véro.

Bóg je svét takó ljubil, de je dal svojiga edinorojeniga Šinú, de, kdorkoli vanj véruje, se ne pogubi, temuzh ima vezhno shivljenje.

Kdor v' Šina véruje, ima vézhno shivljenje.

Kaj pa de vérujem, Gospód! de si ti Kristuf, Šin shiviga Bogá, ki si na svét prishel.

Verjámem Bogú, de bo réf takó, kakor mi je bilo rezheno.

Actus spei.

Auf dich, o Herr! hoffe ich, laß mich nimmermehr zu Schanden werden. **Ps. 30, 2.**

Was ist meine Hoffnung? Ist's nicht der Herr? denn mein Bestand ist bey dir. **Ps. 38, 8.**

Warum bist du traurig, meine Seele? und warum betrübest du mich? Hoffe auf Gott; denn ich werde ihm noch danken: Er ist mein Heil und mein Gott. **Ps. 42, 5.**

Zu dir rufe ich, o Herr! und spreche: Du bist meine Hoffnung, mein Theil im Lande der Lebendigen. **Ps. 141, 6.**

Wer auf den Herrn hofft, ist selig. **Prov. 16, 20.**

Keiner, der auf den Herrn gehofft, ist zu Schanden geworden. **Ecli. 2, 11.**

Gott ist mein Heiland. Ich bin getrost, und fürchte mich nicht; denn meine Stärke und mein Lob ist der Herr, und er ward mir zum Heil. **Isai.**

12. 2.

Diesz ist die Verheißung, die Gott uns gegeben, das ewige Leben. **I. Joan. 2. 25.**

V' tebe, Gospód! saúpam, ne bom saframovan vekomej.

V' kogá úpam? Ali ne v' Gospóda? In moje shivljenje je per tebi.

Zhemú si shaloftna, moja dufha? in zhemú me mótiš? Saúpaj v' Bogá; she ga bom hválil, on je moja pomózh, in moj Bog.

V' tebe, Gospód! sim klizal, in rékel: Ti si moje upanje, moj delesh v' desheli shivih.

Kdor v' Gospóda saúpa, je frézhen.

Nobeden ni bil osramoten, ki je v' Gospóda saúpal.

Glej! Bog je moj Svelizhar; saúpljivo ravnam, in se ne bojim; sakaj moja mozh in moja hvala je Gospód, in on me je otél.

To je obljava, ki nam jo je Bog dal, vezhno shivljenje.

Actus charitatis.

Dich will ich lieben, o Herr! denn du bist meine Stärke, meine Veste, meine Zuflucht, mein Erretter. **Ps. 17. 2. 5**

O wie gütig ist gegen Israel Gott, gegen die, so rechten Herzens sind. **Ps. 72, 1.**

Was habe ich im Himmel, und was liebe ich auf Erden außer dir? — Meines Herzens Gott, und mein Theil ist Gott in Ewigkeit. **Ps. 72, 25. 26.**

Herr du hast meiner gedacht, und diejenigen nie verlassen, die dich lieben. **Dan. 14, 37.**

Herr! du weißt alles, du weißt, daß ich dich liebe. **Joan. 21, 17.**

Wir wissen, daß denen, die Gott lieben, alle Dinge zum Besten dienen. **Rom. 8, 28.**

Wer wird uns also scheiden von der Liebe Christi? **Rom. 8, 35.**

Vor allem aber liebet euch stets unter einander; denn die Liebe bedecket die Menge der Sünden. **1. Petr. 4, 8.**

Wir wissen, daß wir vom Tode ins Leben übersetzt worden sind, weil wir die Brüder lieben. Wer nicht liebt, der bleibt im Tode. **1. Joan. 3, 14.**

Ljubim te, Gospód! ti si moja mózh, moja terdnošt, moje perbeshálifhe, in moj odreshenik.

Kakó dober je Bog Israelzam, kteří so ravniga ferzá.

Kaj imam v' nebésih, in kaj Ijúbim memo tebe na semlji? — Bog mojiga ferzá, in moj delesh je Bog vékoma.

Špomnil si se me, o Bog! in niši sapústil
njih, ki te ljubijo.

Gospód! ti vše vésh; ti vésh, de te lju-
bim.

Vémo, de njim, kteří Bogá ljubijo, vše
k' dobrimu perpomóre.

Kdo naf bo tedej od Kristusove ljubésni
lózhil?

Pred vším pa iméjte védno ljubésen med
seboj; kér ljubésen pokrije obilnost gréhov.

Mi vémo, de smo bili prenepheni is
smerti v' shivljenje, kér ljúbimo brate. Kdor
ne ljúbi, ostáne v' smerti.

Actus contritionis.

Herr, strafe mich nicht in deinem Grimme: züch-
tige mich nicht in deinem Zorne. **Ps. 6, 2.**

Gedenke nicht der Sünden meiner Jugend, und
meiner Unachtsamkeit. Nach deiner Barmherzigkeit
sey meiner eingedenk, um deiner Güte willen, o
Herr! **Ps. 24, 7.**

Um deines Nahmens willen, o Herr! sey gnä-
dig meiner Sünde, denn ihrer ist viel. **Ps. 24, 11.**

Meine Sünden sind zahlreicher, als die Haare
meines Hauptes. **Ps. 59, 13.**

Ich erkenne meine Missethat, und meine Sünde
ist stets vor mir. **Ps. 50, 5.**

Ein reines Herz erschaffe in mir, o Gott! und

den rechten Geist erneuere in meinem Innern. **Ps. 50, 12.**

Berwirf mich nicht vor deinem Angesichte, und deinen heiligen Geist nimm nicht von mir. **Ps. 50, 13.**

Ein zerknirschtes und gedemüthigtes Herz wirst du, o Gott! nicht verachten. **Ps. 50, 19.**

Gott! du kennst meine Thorheit, und meine Missethaten sind nicht verborgen vor dir. **Ps. 68, 6.**

Laß, o Herr! deine Barmherzigkeit und Hülfe über mich kommen, wie du es versprochen hast. **Ps. 118, 41.**

Vater! ich habe mich versündiget wider den Himmel und vor dir; ich bin nicht mehr werth dein Sohn zu heißen. **Luc. 15, 21.**

Gospód! ne svári me v' svojim ferdu, in ne těpi me v' svoji jési.

Ne pomni gréhov moje mladosti, in mojih nevědnoſt. Po svoji milosti me ne posábi, savolj dobróte svoje, o Gospód!

Savolj svojiga iména, **Gospód!** mi boſh odpúſtil gréhe; sakaj velíko jih je.

Vezh je mojih gréhov, ko lás na moji glávi.

Švojo hudobíjo sposnám, in moj gréh mi je védno pred ozhmi.

Štvári v' meni, o Bog! zhísto ferzé, in ponóvi v' mojim oſerzhji praviga duhá.

Ne saversi me spred svojiga oblízhja, in svojiga svétiga duhá mi nikár ne odvsémi.

Potertiga in ponishaniga serzá, Bog! ne bofh sanizheval.

Bog! ti vésh mojo neúmnost, in moje pregréhe ti niso perkríte.

Poshlji mi svoje usmiljenje, Gospód! svojo pomózh, kákor si obljudil.

Ozhe! greshil sim soper nebésa in soper tebe; vezh nisim vréden tvoj sin imenovan biti.

Actus conformitatis cum voluntate divina.

Es ist der Herr; er thue, was gut ist in seinen Augen. **1. Reg. 3, 18.**

So handle nun, o Herr! mit mir nach deinem Willen, und laß meinen Geist aufgenommen werden im Frieden; denn sterben ist mir besser, als leben. **Tob. 3, 6.**

Mein Herz ist bereit, o Gott! ja es ist bereit zu allem. **Ps. 107, 2.**

Verfahre mit deinem Diener, wie es deiner Barmherzigkeit gefällt. **Ps. 118, 124.**

Lehre mich, o Herr! deinen Willen thun; denn du bist mein Gott. **Ps. 142, 10.**

Wie es der Wille im Himmel ist, also geschehe es. **1. Machab. 3, 60.**

Herr! dein Wille geschehe, wie im Himmel,
so auch auf der Erde. **Matth. 6, 10.**

Vater! ist es nicht möglich, daß dieser Kelch vorübergehe, ohne daß ich ihn trinke, so geschehe dein Wille. **Matth. 26, 42.**

Wir mögen leben oder sterben, so sind wir des Herrn. **Rom. 14, 8.**

Christus ist mein Leben, und Sterben mein Gewinn. **Philip. 1, 21.**

On je Gospód; on naj stori, kar je nju mu vshézh.

In sdaj, Gospód! stóri s' menoj po svoji volji, in ukáshi, de se v' míru lózhi moja dúsha; sakaj, bolje je same umréti, kákor shivéti.

Moje ferzé je perpravljen, o Bog! moje ferzé je perpravljen.

Ravnaj s' svojim flushábnikam po svojim usmiljenji.

Uzhi me tvojo voljo spolnovati; sakaj ti si moj Bóg.

Kakor je volja v' nebésh, takó naj se sgodí.

Sgodi fe tvoja volja, kakor v' nebésh, takó na semlji.

Ozhe moj, ako ne more ta kélih memo iti, kakor de ga pijem, naj se sgodí tvoja volja.

Ako shivimò, ali ako umerjemo, smo Gospodovi.

Kristus je moje shivljenje, in smert mi je dobizhik.

Actus desiderii.

Habe ich Gnade gefunden in deinen Augen, so zeige mir dein Angesicht, auf daß ich dich kenne.
Exod. 33, 13.

Ich werde ersättigt werden, wenn sichtbar wird deine Herrlichkeit. **Ps. 16, 15.**

Mein Herz hat zu dir gesagt: Es sucht dich mein Angesicht: Dein Angesicht, o Herr! will ich suchen. **Ps. 26, 8.**

Gleichwie ein Hirsch verlangt nach Wasserquellen, also verlangt meine Seele nach dir, o Gott!
Ps. 41, 2.

Meine Seele durstet nach Gott, nach dem starken lebendigen Gott; wann werde ich hinkommen, und erscheinen vor Gottes Angesicht? **Ps. 41, 3.**

Nach dir, o Herr! verlangt meine Seele, nach dir durstet auch sogar mein Leib. **Ps. 62, 2.**

Meine Seele sehnt sich, und schmachtet nach den Vorhöfen des Herrn. **Ps. 83, 3.**

Meine Augen schmachten nach deinem Heile, und nach dem Worte deiner Gerechtigkeit. **Ps. 118, 123.**

Führe aus dem Kerker meine Seele, damit ich preise deinen Nahmen. **Ps. 141, 8.**

Wir sind getrost, und wünschen vielmehr aus dem Leibe zu wandern, und gegenwärtig bey dem Herrn zu seyn. 2. Cor. 5, 8.

Ich habe das Verlangen, aufgelöst zu werden, und mit Christo zu seyn, was viel besser wäre. Philip. 1, 23.

Ako sim milost sadobil pred tvojim obližjem, mi pokáshi svoj obrás, de te posnám.

Jest bom nasiten, ko se bo tvoje velizhaſtvo perkasálo.

Tebi govorí moje ferzé, tebe ifhe moje obližhje; tvoje obližhje, Gospód! ifhem.

Kakor hrepení jelen po merslih vodah; takó hrepení moja dufsha po tebi, o Bog!

Mojo dufho shéja po mogózhnim shívim Bógu; kdaj bom prishel, in pred Boshje obližhje stópil?

Moja dufha hrepení po tebi, moje teló te sasheluje.

Moja dufha shelí in koperní po Gospodovi vêshi.

Moje ozhí koperné po tvojim svelizhanji, in po befédi tvoje pravíze.

Pelji is jézhe mojo dufho, de hválím tvoje imé.

Upamo in shelimò veliko bolj is teléſa prefeliti se, in vprizhni biti pred Gospódam.

Shelim rasvésan in s' Kristusam biti, kar bi bilo veliko bolje.

Gratiarum actiones.

Ich will den Herrn preisen zu aller Zeit: immer soll sein Lob in meinem Munde seyn. **Ps. 33, 2.**

Mein Herz und mein Leib frohlocken in dem lebendigen Gott. **Ps. 83, 3.**

Die Erbarmungen des Herrn will ich ewiglich besingen. **Ps. 88, 2.**

Ich will singen dem Herrn in meinem Leben, los singen will ich meinem Gott, so lange ich bin. **Ps. 103, 33.**

Die Barmherzigkeit des Herrn ist es, daß wir nicht vernichtet sind. **Thren. 3, 22.**

Durch die Gnade Gottes bin ich, was ich bin. **1. Cor. 15, 10.**

Gepriesen sey Gott und der Vater unseres Herrn Jesu Christi, der Vater der Barmherzigkeit, und der Gott alles Trostes, der uns tröstet in aller unserer Trübsal. **2. Cor. 1, 3. 4.**

Gelobt sey Gott und der Vater unseres Herrn Jesu Christi, der uns nach seiner großen Barmherzigkeit wiedergeboren hat zu einer lebendigen Hoffnung durch die Auferstehung Jesu Christi von den Todten, zu einem unvergänglichen, unbefleckten, und unverwelklichen Erbe, welches euch im Himmel aufbewahrt wird. **1. Petr. 1, 3. 4.**

Vsfak zhaf bom Gospóda povelizheval;
njegova hvála bo v' mojih ustih vùn in vùn.

Moje ferzé in moje teló se veselita nad shivim Bógam.

Gospódovo usmílenje bom prepéval vé-koma.

Vse svoje shive dni bom Gospódu pél;
svojimu Bogu bom prepéval, dökler sim.

Boshje usmílenje je, de nismo konzháni.

Po milosti Boshji sim to, kar sim.

Hvaljen bóni Bog in Ozhe Gospóda na-shiga Jesusa Kristusa, Ozhe usmílenja in Bog všiga poveseljenja; kteriori nas povef-ljuje v' flédnji nashi nadlogi.

Hvaljen bodi Bog in Ozhe Gospóda na-shiga Jesusa Kristusa, kteriori nas je savolj svojiga velikiga usmílenja preródil v' shivo úpanje po vstajenji Jesusa Kristusa od mert-vih, v' nefrohljiv in neognušen in nes-venljiv dél, perhranjen vam v' nebésih.

22. Poterit etiam pro temporis oppor-tunitate, et aegrotantis pio desiderio le-gere sacrum passionis textum ex uno vel altero evangelista, aut aliquot evangelia de diversis a Christo factis morborum cu-rationibus. v. g.

Matthaei cap. 8, v. 5.—14. Cum in-

troiisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum centurio.

Marci cap. 16, v. 14. usque ad finem.
Recumbentibus undecim.

Lucae cap. 4, v. 38.—41. Surgens Jesus intravit in domum Simonis.

Joannis cap. 5, v. 2.—10. Est Jerosolymis probatica piscina.

vel psalmum 6. Domine, ne in furore tuo arguas me.

15. Conserva me, Domine, quoniam speravi in te.

19. Exaudiat te Dominus in die tribulationis.

85. Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me.

90. Qui habitat in adjutorio Altissimi.

vel alios e septem psalmis poenitentialibus (pag. 74.).

23. Studeat autem sacerdos, haec et alia s. scripturae loca sic memoria retinere, ut facile et quasi dictante natura ipsa possit congruentes versiculos aptare moribus, ingenio, aetati, conditioni, sexui, et captui aegroti; quae tamen omnia, ut jam supra dictum est, opportune et moderate fiant, ne nimium fatigetur aegro-

tus, neque molestia ei inferatur. Caetera, quae hic monere tyrones potissimum presbyteros deberemus, theologia moralis et pastoralis abunde suppeditaverit.

24. *Antequam vero discedat, dicere poterit sacerdos supra infirmum aliquem psalmum ex quatuor prioribus poenitentialibus, ut supra pag. 74., vel psalmum 90.*

Qui habitat in adjutorio Altissimi, * in protectione Dei coeli commorabitur.

Dicit Domino: Susceptor meus es tu, et refugium meum: * Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, * et a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: * et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: * non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, * ab incursu, et daemonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis: * ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: * et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es , Domine , spes mea : *
Altissimum posuisti refugium tuum.

**Non accedet ad te malum : * et flagel-
lum non appropinquabit tabernaculo tuo.**

Quoniam angelis suis mandavit de te : *
ut custodiant te in omnibus viis tuis.

**In manibus portabunt te : * ne forte of-
fendas ad lapidem pedem tuum.**

Super aspidem et basiliscum ambulabis : *
et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit , liberabo eum : *
**protegam eum , quoniam cognovit nomen
meum.**

Clamabit ad me , et ego exaudiam eum : *
cum ipso sum in tribulatione : eripiam eum ,
et glorificabo eum.

**Longitudine dierum replebo eum : * et
ostendam illi salutare meum.**

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

**Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie
eleison. Pater noster &c.**

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

**V. Salvum fac servum tuum (*vel* sal-
vam fac ancillam tuam).**

R. Deus meus , sperantem in te.

V. Mitte ei , Domine , auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eum (*vel* eam).

V. Nihil proficiat inimicus in eo (*vel* ea).

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Dominus opem ferat illi.

R. Super lectum doloris ejus.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s .

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram, ut nos, et hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam), quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

Deus, infirmitatis humanae singulare praesidium, auxilii tui super infirmum famulum tuum (*vel* infirmam famulam tuam) ostende virtutem: ut ope misericordiae tuae adjutus (*vel* adjuta), ecclesiae tuae sanctae incolumis repraesentari mereatur.

Concede hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam), quaesumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitatem gaudere: et gloriosa beatae Mariae semper

Virginis intercessione a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfaci laetitia. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

25. *Postea benedicens infirmum sub-jungat dicens:* Benedictio Dei omnipotens, Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti descendat super te, et maneat semper. R. Amen. *Deinde aspergat cum aqua benedicta.*

26. *Si fuerint plures infirmi in eodem cubiculo vel loco, preces et orationes predictae dicantur super eos in numero pluri-*

rali.

27. *Praedictae preces omnes, vel ex parte, prout tempus et aegrotorum conditio feret, arbitrio sacerdotis dici vel omitti possunt.*

Modus juvandi morientes.

1. *Ingravescente morbo, parochus infirmum frequentius visitabit, et ad salutem diligenter juvare non desinet: monebitque instantे periculo se confestim vocari, ut in tempore praesto sit morienti; sumptoque sanctissimo viatico, et sacra unctione adhibita, si periculum immineat, statim commendationis animae officium praestabit, de quo infra. Sed si tempus*

*suppetat, sequentia pietatis officia prae-
stare poterit, si ita expedire judicaverit,
pro conditione personae.*

2. *Ac primo, si aegrotus indulgentiam
legitima auctoritate concessam consequi
possit, eam illi reducat ad mentem, pro-
ponatque, quid ad eam consequendam agi
debeat; praesertim, ut contrito corde sanc-
tissimum nomen Jesu semel vel saepius
invocet.*

3. *Deinde hortetur infirmum et exci-
tet, ut, dum mente viget, eliciat actus
fidei, spei et charitatis, aliarumque vir-
tutum, nempe:*

*Ut firmiter credat omnes articulos fidei,
et quidquid sancta romana ecclesia ca-
tholica et apostolica credit et docet.*

*Ut speret, Christum Dominum nostrum
pro sua immensa clementia sibi fore pro-
pitium, et merito ejus sanctissimae pas-
sionis, et per intercessionem beatae Mariae
et omnium sanctorum se vitam aeternam
consecuturum.*

*Ut toto corde diligat, et maxime dili-
gere cupiat Dominum Deum ea dilectione,
qua illum diligunt beati, sanctique omnes.*

Ut ob amorem Dei doleat ex corde de

omni offensa, qualitercumque contra Dominum Deum et proximum commissa.

Ut ex corde ob amorem Dei parcat omnibus, qui sibi quoquo modo fuerint modesti aut inimici.

Ut ab iis veniam postulet, quos aliquando dictis aut factis offendit.

Ut quem patitur dolorem et morbi modestiam, propter Deum in poenitentiam peccatorum suorum patienter toleret.

Ut, si Dominus sibi salutem corporis praestare dignabitur, proponat de caetero pro viribus suis a peccatis cavere, et ejus mandata servare.

4. Hortetur practerea, ut eo modo, quo potest, saltem ex corde ita per intervalla precetur:

Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. **Ps. 50, 3.**

In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum. **Ps. 70, 1.**

In manus tuas (Domine) commendō spiritum meum, redemisti me, Domine Deus veritatis. **Ps. 30, 6.**

Deus, in adjutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me festina. **Ps. 69, 2.**

Esto mihi (Domine) in Deum protectorem. **Ps. 30, 3.**

Deus, propitius esto mihi peccatori. *Luc.*

18, 13.

Jesu, fili David, miserere mei. *Marc.*

10, 47.

Dulcissime Domine Jesu Christe, per virtutem sanctissimae passionis tuae recipe me in numerum electorum tuorum.

Domine Jesu (Christe), suscipe spiritum meum. *Act. Ap. 7, 58.*

Maria, mater gratiae, mater misericordiae, tu me ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

Sancte angele Dei, mihi custos assiste.

Omnes sancti angeli, et omnes sancti, intercedite pro me, et mihi succurrite.

Erbarme dich meiner, o Gott! nach deiner großen Barmherzigkeit.

Auf dich, Herr! hoffe ich, laß mich nicht zu Schanden werden ewiglich.

In deine Hände (o Herr!) empfehle ich meinen Geist: du hast mich erlöst, o Herr! Gott der Wahrheit.

O Gott! habe Acht auf meine Hülfe: Herr, eile mir zu helfen.

O Herr und Gott! du sey mein Beschützer.

Gott! sey mir Sünder gnädig.

Jesu! du Sohn Davids, erbarme dich meiner. Liebster Herr und Heiland Jesus Christus! durch

die Kraft deines heiligen Leidens nimm mich auf in die Zahl deiner Auserwählten.

Herr Jesu! nimm meinen Geist auf.

Maria, Mutter der Gnade, Mutter der Barmherzigkeit, beschüße mich vor dem Feinde, und in der Stunde des Todes nimm mich auf.

Heiliger Schutzengel, verlaß mich nicht, und beschüße mich.

Alle heiligen Engel, und alle Heiligen Gottes, seyd meine Fürbitter, und stehet mir bey.

Usmíli se me, o Bog! po svoji veliki milosti.

V' tebe, o Gospod! saúpam, ne bom saframován vékomej.

V' twoje roke (o Gospod) isrozhím svojo dusho; tí si me otél, o Gospod! Bog resnize.

O Bog! híti me otét; Gospod, tézi mi pomagat.

O Gospod in Bog! bodi ti moj varh.

Bog! bodi milostljiv meni gréshniku.

Jesuf! Šin Davidov, usmíli se me.

Preljubi Gospod in Svelízhar Jesuf Kristus! s' mozhjó svojiga presvétiga terpljénja me sprejmi v' število svojih isvoljenih.

Gospod Jesuf! sprejmi mojo dusho.

Marija, mati milosti, mati usmiljenja! ti me varuj sovrashnika, in me sprejmi ob smertni uri.

Švēti Angel boshji, stój mi na strani, in varuj me.

Vsi sveti Angeli, in vši Švetníki, proſite sa-me, in prídite mi na pómozh.

5. Haec et his similia poterit prudens sacerdos, vulgari vel latino sermone, pro personae captu, morienti suggestere.

**Benedictio apostolica
in articulo mortis constitutis imper-
tienda a sacerdote ad id delegato.**

1. Benedictio in articulo mortis, cum soleat impertiri post sacramenta poenitentiae, Eucharistiae et extremae unctionis, illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verosimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis, impertienda iisdem est, etiamsi postea linguae, caeterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel amennitiam inciderint. Excommunicatis vero, impoenitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino de- neganda.

2. Habens praedictam facultatem, in- grediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat:

Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Der Friede sey mit diesem Hause.

Unt. Und mit allen, die es bewohnen.

Mir bôdi ti hifhi.

Odg. In vsim, ki v' nji prebivajo.

Deinde aegrotum, cubiculum et circumstantes aspergat aqua benedicta, dicendo antiphonam: Asperges me Domine hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor: *et primum versum psalmi:* Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, *cum* Gloria Patri &c. Sicut erat &c. *Deinde repetitur antiphona:* Asperges me &c.

3. *Quod si aegrotus voluerit confiteri, audiat illum et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat atque horretur, ut morbi incommoda ac dolores in anteactae vitae expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum, quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem poenarum, quas peccando promeruit.*

4. *Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore, ut ex divinae munificentiae largitate eam poenarum remissionem, et vitam sit consecuturus aeternam.*

5. *Postea dicat:*

V. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit coelum et terram.*

Antiphona. *Ne reminiscaris, Domine, delicta famuli tui (*vel* ancillae tuae), neque vindictam sumas de peccatis ejus.*

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster &c.

V. *Et ne nos inducas in temptationem.*

R. *Sed libera nos a malo.*

V. *Salvum fac servum tuum (*vel* salvam fac ancillam tuam).*

R. *Deus meus, sperantem in te.*

V. *Domine, exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

V. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

O r e m u s.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem atque sperantem, secundum multitudinem misera-

tionum tuarum respice propitius famulum tuum (*vel* ancillam tuam) N., quem (*vel* quam) tibi vera fides et spes christiana commendant. Visita eum (*vel* eam) in salutari tuo, et per Unigeniti tui passionem et mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem, et veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui te judicem propitiatum inveniat, et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

6. *Tum dicto ab uno ex clericis vel ministris adstantibus:* Confiteor &c. *sacerdos dicat:* Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam aeternam. R. Amen. — Indulgentiam †, absolutionem et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. R. Amen. *Deinde:*

Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui beato Petro, apostolo suo, dedit potestatem ligandi atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in baptimate recepisti, et ego facultate mihi ab apostolica sede tributa, indulgentiam plenariam, et remissionem om-

nium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Per sacrosancta humanae reparationis mysteria remittat tibi omnipotens Deus omnes praesentis et futurae vitae poenas, paradiisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te omnipotens Deus, Pater †, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

7. Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis facienda, neque praemissarum precum recitandarum tempus suppetat, tunc sacerdos brevi admonitione ad eliciendos actus supra memoratos facta, morienti statim impetratur benedictionem, incipiens ab illis verbis: Dominus noster Jesus Christus &c. ut supra.

8. Deinde sequentes preces quanta poterit majori devotione dicat, admoneatque domesticos et circumstantes, ut simul orient pro moriente.

Ordo commendationis animae.

1. Parochus ad decedentis animae commendationem accedens, clericum saltem unum, si potest, vel ministrum secum ha-

beat, qui deferat vasculum aquae benedictae, superpelliceum et stolam violaceam, quibus ipse sacerdos ante infirmi cubiculum (si commode fieri potest) induitus, locum ingrediens dicat:

Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Der Friede sey mit diesem Hause.

Ant. Und mit allen, die es bewohnen.

Mir bôdi ti hishi.

Odg. In vsim, ki v' nji prebivajo.

Deinde aspergat aegrotum, lectum et circumstantes aqua benedicta, dicens: Asperges me Domine hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor; et primum versum psalmi: Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, cum Gloria Patri &c. Sicut erat &c. deinde repetitur antiphona: Asperges me &c.

2. Postea Salvatoris nostri crucifixi imaginem aegroto osculandam praebat, verbis efficacibus eum ad spem aeternae salutis erigens, ipsamque imaginem coram eo ponat, ut illam aspiciens salutis suae spem sumat.

3. Deinde accensa candela, genibus flexis cum omnibus circumstantibus bre-

ves litanias, in quibus competenti loco inseritur nomen patroni ecclesiae parochialis, et aegrotantis, devote recitet in hunc modum :

**Kyrie eleison &c. ut supra pag. 55,
et postquam ter dixerit:**

Propitius esto, sic prosequatur:

Ab ira tua,
A periculo mortis,
A mala morte,
A poenis inferni,
Ab omni malo,
A potestate diaboli,
Per nativitatem tuam,
Per crucem et passionem tuam,
Per mortem et sepulturam tuam,
Per gloriosam resurrectionem tuam,
Per admirabilem ascensionem tuam,
Per gratiam Spiritus Sancti Paracliti,
In die judicii,
Peccatores, Te rogamus, audi nos.
Ut ei parcas, Te rogamus, audi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Von deinem Zorne,
Von der Gefahr des Todes,
Vom bösen Tode,

} Libera eum (eam) Domine.

} Erlöse ihn
(sie) o Herr!

Von den Strafen der Hölle,
 Von allem Uebel,
 Von der Gewalt des Teufels,
 Durch deine Geburt,
 Durch dein Kreuz und Leiden,
 Durch deinen Tod und dein Begräbniß,
 Durch deine glorreiche Auferstehung,
 Durch deine wunderbare Himmelfahrt,
 Durch die Gnade des heiligen Geistes des
 Trösters,
 Am Tage des Gerichtes,
 Wir arme Sünder! Wir bitten dich, erhöre uns.
 Daß du ihn (sie) verschonest, Wir bitten dich,
 erhöre uns.
 Herr, erbarme dich unser.
 Christe, erbarme dich unser.
 Herr, erbarme dich unser.
Od svoje jése,
Od nevarnosti smerti,
Od nesfrézhne smerti,
Od shtraseng peklà,
Od vsliga hudiga,
Od oblasti hudízha,
Škosi svoje rojstvo,
Škosi svoj krish in svoje terpljenje,
Škosi svojo smert in svoj pokòp,
Škosi svoje zhaftitljivo vstajenje,
Škosi svoj zhudni vnebohod,
Erlöse ihn (sie) o Herr!
Réši ga (jo) o Gospód!

Škosi gnado troshtarja svetiga Duhá, Réhi ga (jo) o Gospód!

V' dan sodbe, Réhi ga (jo) o Gospód!

Mi greshniki! Prósimo te, uslíšhi naf.

De mu (ji) sanefeh, Prósimo te, uslíšhi naf.

Gospód, usmíli se naf.

Kriste, usmíli se naf.

Gospód, usmíli se naf.

4. Deinde cum in agone sui exitus anima anxiatur, dicantur sequentes orationes:

O r a t i o .

Proficiscere anima christiana de hoc mundo, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creavit: in nomine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est: in nomine Spiritus Sancti, qui in te effusus est: in nomine angelorum et archangelorum: in nomine thronorum et dominationum: in nomine principatum et potestatum: in nomine cherubim et seraphim: in nomine patriarcharum et prophetarum: in nomine sanctorum apostolorum et evangelistarum: in nomine sanctorum martyrum et confessorum: in nomine sanctorum monachorum et eremitarum: in nomine sanctorum virginum, et omnium sanctorum et sanctarum Dei: hodie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in

sancta Sion. Per eumdem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

O r a t i o .

Deus misericors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata poenitentium deles, et praeteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas: respice propitius super hunc famulum tuum (*vel* hanc famulam tuam) N., et remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in eo (*vel* ea), piissime Pater, quidquid terrena fragilitate corruptum, vel quidquid diabolica fraude violatum est: et unitati corporis ecclesiae membrum redemptionis annecte. Miserere, Domine, gemitum, miserere lacrymarum ejus: et non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuae sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Commendo te omnipotenti Deo, carissime frater (*vel* carissima soror), et ei, cuius es creatura, committo: ut cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris, ad Auctorem tuum, qui te de limo terrae formaverat, revertaris. Egredienti itaque animae tuae de corpore, splendidus

angelorum coetus occurrat: judex apostolorum tibi senatus adveniat: candidatorum tibi martyrum triumphator exercitus obviet: liliata rutilantium te confessorum turma circumdet: jubilantium te virginum chorus excipiat: et beatae quietis in sinu patriarcharum te complexus astringat: mitis atque festivus Christi Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi jugiter interesse decernat. Ignores omne, quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterimus satanas cum satellitibus suis: in adventu tuo te comitantibus angelis contremiscat, atque in aeternae noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus: et fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei: et justi epulentur, et exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur, et erubescant omnes tartareae legiones, et ministri satanae iter tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te ab aeterna morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus, Filius Dei vivi, intra paradisi sui semper amoena virentia,

et inter oves suas te verus ille pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videoas, et praesens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina beatorum, contemplationis divinae dulcedine potiaris in saecula saeculorum. R. Amen.

O r a t i o .

Suscipe, Domine, servum tuum (*vel* ancillam tuam) (*et sic deinceps*) in locum sperandae sibi salvationis a misericordia tua. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui ex omnibus periculis inferni, et de laqueis poenarum, et ex omnibus tribulationibus. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Enoch et Eliam de communi morte mundi. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Noë de diluvio. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Abraham de Ur Chaldeorum. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Job de passionibus suis. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Isaac de hostia, et de manu patris sui Abrahae. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Loth de Sodomis, et de flamma ignis. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis Aegyptiorum. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Danielem de lacu leonum. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentes, et de manu regis iniqui. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Susannam de falso crimine. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti David de manu regis Saul, et de manu Goliae. R. Amen.

Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Petrum et Paulum de carceribus. R. Amen.

Et sicut beatissimam Theclam, virginem et martyrem tuam, de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare digneris

animam hujus servi tui, et tecum facias in bonis congaudere coelestibus. R. Amen.

O r a t i o .

Commendamus tibi, Domine, animam famuli tui (*vel* famulae tuae) N., precamurque te, Domine Jesu Christe, Salvator mundi, ut propter quam ad terram misericorditer descendisti, patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce, Domine, creaturam tuam, non a diis alienis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero: quia non est alias Deus praeter te, et non est secundum opera tua. Laetifica, Domine, animam ejus in conspectu tuo, et ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, et ebrietatum, quas suscitavit furor sive fervor mali desiderii. Licet enim peccaverit, tamen Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum non negavit, sed credidit, et zelum Dei in se habuit, et Deum, qui fecit omnia, fideliter adoravit.

O r a t i o .

Delicta juventutis, et ignorantias ejus, quaesumus, ne memineris, Domine; sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuae. Aperiuntur ei coeli, collaetentur illi angeli. In regnum tuum, Domine, servum tuum (*vel*

ancillam tuam) suscipe. Suscipiat eum (*vel eam*) sanctus Michaël archangelus Dei, qui militiae coelestis meruit principatum. Veniant illi obviam sancti angeli Dei, et perducant eum (*vel eam*) in civitatem coelestem Jerusalem. Suscipiat eum (*vel eam*) beatus Petrus apostolus, cui a Deo claves regni coelestis traditae sunt. Adjuvet eum (*vel eam*) sanctus Paulus apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo (*vel ea*) sanctus Joannes electus Dei apostolus, cui revelata sunt secreta coelestia. Orent pro eo (*vel ea*) omnes sancti apostoli, quibus a Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercedant pro eo (*vel ea*) omnes sancti et electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc saeculo sustinuerunt: ut vinculis carnis exutus (*vel exuta*), pervenire mereatur ad gloriam regni coelestis; praestante Domino nostro Jesu Christo: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. R. Amen.

5. Si vero diutius laborat anima, poterit legi super eum, evangelium sancti Joannis Cap. 17. Sublevatis oculis in coelum Jesus dixit &c., vel passio Domini nostri Jesu Christi secundum Joannem

Cap. 18. et 19. Egressus est Jesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron &c.

6. Oratio ad Dominum Jesum Christum de singulis articulis passionis ejus, dicenda a moriente, vel ab alio pro eo.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Deus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, a Judaeis reprobari, a Juda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annae, Caiphae, Pilati et Herodis indecenter offerri; a falsis testibus accusari, flagellis et opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis caedi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levvari, inter latrones deputari, felle et aceto potari, et lancea vulnerari: Tu, Domine, per has sanctissimas poenas tuas, quas ego indignus (*vel* indigna) recolo, et per sanctam crucem et mortem tuam, libera me (*vel*, *si aliis dicit pro eo*, libera famulum tuum *vel* famulam tuam N.) a poenis inferni, et perducere digneris, quo perduxisti latronem tecum crucifixum: Qui cum Patre et

Spiritu Sancto vivis et regnas in saecula
saeculorum. **R.** Amen.

V. Wir bethen dich an, o Christus, und lob-
preisen dich.

R. Weil du durch dein heiliges Kreuz die Welt
erlöst hast.

Gott! der du für die Erlösung der Welt gebo-
ren, beschnitten, von den Juden verworfen, vom
Judas dem Verräther mit einem Kusse verrathen,
mit Ketten gebunden, und wie ein unschuldiges
Lamm zur Schlachtkuh geführet werden wolltest:
Der du dem Annas, Caiphas, Pilatus und He-
rodes ungebührlich vorgeführt, von falschen Zeugen
angeklagt, mit Geißeln und Schmähungen gepeini-
get, und ins Angesicht verspieen werden wolltest:
Der du mit Dornen gekrönt, mit Fäusten und mit
dem Rohre geschlagen werden wolltest: Gott! der du
wolltest, daß dein Angesicht verhüllt, deine Kleider
dir abgenommen wurden, daß du mit Nägeln an
das Kreuz gehaftet, auf dem Kreuze erhoben, unter
die Räuber gerechnet, mit Galle und Essig ge-
tränkt, und mit der Lanze verwundet wurdest: Du
Herr! durch diese deine heiligsten Leiden, welche ich
Unwürdiger (Unwürdige) betrachte, und durch das
heilige Kreuz, und durch deinen Tod befreye mich
Coder, wenn ein anderer für ihn (sie)
bethet, befreye deinen Diener (deine Dienerinn)
N.), von den Strafen der Hölle, und lasse mich

(ihn oder sie) dahin gelangen, wo du den mit dir gekreuzigten Räuber hingeführt hast. Der du mit Gott dem Vater, und dem heiligen Geiste lebest und regierest, Gott in alle Ewigkeit. **A. n. t.** Amen.

V. Mólimo te, o Kristus, in te hválimo.

R. Kér si s' svojim svétim krishem svét odréshil.

Bog! ktéri si hotel v' odreshenje svetá rojen, obrésan, od Judov savershen, od sdajavza Judesha s' kúshljejem isdán, s' ketnami svésan, in kakor nedolshno jagnje v' saklanje pelján biti; ktéri si hotel pred Anna, Kajfa, Pilata in Heróda nespodóbno postavljen, od krivih prizh tóshen, gajshlan in saframovan, in v' obras pljuván biti; ktéri si hotel s' ternjem krónan, s' peftjó vdarjen, s' terftam tólzhen biti; ktéri si hotel, de se je twoje oblizhje sagernílo, twoje oblazhílo fleklo, de si bil s' sheblji na krish perbít, na krishi povsdígnjen, med rasbójniké fhtét, s' sholzam in jésham napojen, in s' fúlizo preboden: Tí Gospód! s' tem svojim presvétim terpljenjem, ktéro jest nevrédni (nevrédna) premishljújem, in s' svojim svétim krishem, in s' svojo smertjo me réfhi (*ali, zhe drugi sa-nj móli*, réfhi svojiga flushabnika (svojo flushabnizo) I.) od peklenških fhrafeng, in daj mi (mu,

ji) tje priti, kamor si seboj krishaniga rasbójnika peljal. Ktéri s' Ozhétam in své-tim Duham shivísh in kraljújesh od vékomej do vékomej. **Odg.** Amen.

7. Dici praeterea possunt sequentes psalmi, et quidem:

Psalmus 117. Confitemini Domino, quoniam bonus &c.

118. Beati immaculati in via &c.

8. Tres piae et utiles morientibus orationes, cum tribus Pater noster et tribus Ave Maria, in agone mortis recitandae.

Primo dicitur: Kyrie eleison: Christe eleison: Kyrie eleison. Pater noster &c. Ave Maria &c.

O r a t i o .

Domine Jesu Christe, per tuam sanctissimam agoniam, et orationem, qua orasti pro nobis in monte Oliveti, quando factus est sudor tuus sicut guttae sanguinis de currentis in terram: obsecro te, ut multitudinem sudoris tui sanguinei, quem prætimoris angustia copiosissime pro nobis effudisti, offerre et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorum hujus famuli tui (*vel* formulae tuae) N., et libera eum (*vel* eam)

in hac hora mortis suae ab omnibus poenitatis et angustiis, quas pro peccatis suis se timet meruisse: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. **R.** Amen.

Herr! erbarme dich unsrer.

Christe! erbarme dich unsrer.

Herr! erbarme dich unsrer.

Vater unsrer u. s. w.

Gegrüßet seyst du Maria u. s. w.

G e b e t h.

Herr Jesus Christus! durch deinen heiligsten Todeskampf, und durch dein Gebeth, welches du für uns am Oehlberge verrichtet hast, wo dein Schweiß sich in Blutstropfen, die auf die Erde herabfielen, ergoß; flehe ich zu dir inständigst, daß du die Menge deines blutigen Schweißes, den du in deiner Beängstigung so ergiebig für uns vergossen hast, Gott dem allmächtigen Vater darbringen, und vorstellen wollest, für alle so häufigen Sünden dieses deines Dieners (dieser deiner Diennerinn) N. Befreye ihn (sie) in dieser Stunde seines (ihres) Todes von allen Strafen und Angesten, die er (sie) durch seine (ihre) Sünden verdient zu haben fürchtet. Der du mit Gott dem Vater, und dem heiligen Geiste lebst und regierest, Gott in alle Ewigkeit. **A n t.** Amen.

Gospód! usmíli se.

Kriste! usmíli se.

Gospód! usmíli se.

Ozhe nash i. t. d.

Zheşhena si Marija i. t. d.

M o l i t e v.

Gospód Jesuf Kristus! savolj tvojih pre-svétih smertnih tesháv, in savolj tvoje molitve, ki si jo sa naf na Oljski Góri oprávil, ko je tvoj pot bil kakor kerváve kaplje tekózhe na semljo, te prósim, de tolikanj svojiga kerváviga potú, ki si ga v' svojih teshávah sa naf takó obilno potíl, Bogu Ozhétu vfigamogózhnimu darováti in pred-nj poftáviti hozhefsh, sa toliko gréhov téga svojiga flushábnika (te svoje flushabnize) I. Réfhi ga (jo) v' ti uri njegove (nje) smerti od vših shtrafeng in tesháv, ki se bojí, de jih je s' svojimi gréhi saflúshil (saflushila). Ktéri s' Ozhétam in svém Duham shivísh in kraljújesh Bog od vékomej do vekomej. **Odg.** Amen.

Secundo dicitur: Kyrie eleison: Christe eleison: Kyrie eleison. Pater noster &c. Ave Maria &c.

O r a t i o.

Domine Jesu Christe, qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obsecro te, ut omnes

amaritudines passionum et poenarum tuarum,
 quas pro nobis miseris peccatoribus susti-
 nuisti in cruce, maxime in illa hora, quan-
 do sanctissima anima tua egressa est de
 sanctissimo corpore tuo, offerre et ostendere
 digneris Deo Patri omnipotenti pro anima
 hujus famuli tui (*vel* famulae tuae) N., et
 libera eum (*vel* eam) in hac hora mortis
 ab omnibus poenis et passionibus, quas pro
 peccatis suis se timet meruisse: Qui cum
 Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas
 Deus in saecula saeculorum. **R.** Amen.

Herr! erbarme dich unser.

Christe! erbarme dich unser.

Herr! erbarme dich unser.

Vater unser u. s. w.

Gegrüßet seyst du Maria u. s. w.

G e b e t h.

Herr Jesus Christus, der du dich gewürdiget hast, für uns am Kreuze zu sterben, inständigst flehe ich zu dir, daß du alle Bitterkeiten deiner Leiden und Drangsalen, die du für uns armselige Sünder am Kreuze, vorzüglich in jener Stunde geduldet hast, wo deine heiligste Seele von deinem heiligsten Leibe schied, Gott dem allmächtigen Vater darbringen, und vorstellen wollest für die Seele dieses deines Dieners (dieser deiner Dienerinn) N., und befreye ihn (sie) in dieser Stunde des Todes

von allen Strafen und Leiden, die er (sie) durch seine (ihre) Sünden verdient zu haben fürchtet. Der du mit Gott dem Vater, und dem heiligen Geiste lebest und regierest, Gott in alle Ewigkeit.

Ant. Amen.

Gospód! usmíli se.

Kriste! usmíli se.

Gospód! usmíli se.

Ozhe nash i. t. d.

Zhefhena si Marija i. t. d.

M o l i t e v.

Gospód Jesuf Kristuf, kteři si sa naf na krishi umréti hotel, prósim te, de vse brit-kósti svojiga terpljenja in svojih nadlög, ki si jih sa naf ubóge gréshnike na krishi, sofébno tisto uro terpel, ko se je twoja presvéta dusha od twojiga presvétiga telésa lozhila, Bogú Ozhétu všigamogózhnimu darovati in pred - nj postaviti hozhesh sa dushtega svojiga flushábnika (te svoje flushab-nize) I., in reshi ga (jo) v' ti uri njegove (nje) smerti od vših shtrafeng in od všiga terpljenja, ki se bojí, de jih je s' svojimi gréhi saflushil (saflushila). Ktéri s' Ozhé-tam in svém Duham shivísh in kraljujesh Bog od vékomej do vékomej. *Odg.* Amen.

Tertio dicitur: Kyrie eleison: Christe

eleison: Kyrie eleison. Pater noster &c.
Ave Maria &c.

O r a t i o .

Domine Jesu Christe, qui per os prophetae dixisti: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans: obsecro te, ut eamdem charitatem tuam, quae te de coelis in terram ad tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines attraxit, offerre et ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima hujus famuli tui (*vel* famulae tuae) N., et libera eum (*vel* eam) ab omnibus passionibus et poenis, quas pro peccatis suis timet se meruisse. Et salva animam ejus in hac hora exitus sui. Aperi ei januam vitae, et fac eum (*vel* eam) gaudere cum sanctis tuis in gloria aeterna. Et tu, piissime Domine Jesu Christe, qui redemisti nos pretiosissimo sanguine tuo, miserere animae hujus famuli tui (*vel* famulae tuae), et eam introducere digneris ad semper virentia et amoena loca paradisi, ut vivat tibi amore indivisibili, qui a te, et ab electis tuis numquam separari potest: Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. **R.** Amen.

Herr! erbarme dich unsrer.

Christe! erbarme dich unsrer.

Herr! erbarme dich uns.

Vater uns. u. s. w.

Gegrüßet seyst du Maria u. s. w.

G e b e t h.

Herr Jesus Christus, der du durch den Mund des Propheten gesagt hast: „Mit ewiger Liebe liebe ich dich, darum erbarme ich mich deiner, und ziehe dich zu mir:“ ich bitte dich flehentlich, daß du dieselbe deine Liebe, die dich vom Himmel auf die Erde herabgezogen hat, um die Bitterkeiten aller deiner Leiden zu ertragen, Gott dem allmächtigen Vater darbringen, und vorstellen wollest für die Seele dieses deines Dieners (deiner Dienerinn) N., und befreye ihn (sie) von allen Leiden und Strafen, die er (sie) durch seine (ihre) Sünden verdient zu haben fürchtet. Rette seine (ihre) Seele in dieser Stunde ihres Hinscheidens. Oeffne ihm (ihr) die Thüre des Lebens, und mache, daß er (sie) mit deinen Heiligen der ewigen Herrlichkeit sich freue. Und du barmherzigster Herr Jesus Christus, der du uns mit deinem kostbarsten Blute erlöset hast, erbarme dich der Seele dieses deines Dieners (dieser deiner Dienerinn), führe sie ein in die stets grünenden und angenehmen Dörter des Paradieses, daß sie in unzertrennlicher Liebe dir lebe, wo sie von dir und deinen Auserwählten niemals geschieden werden kann. Der du mit Gott dem Vater, und dem heiligen Geiste lebst und regierest, Gott in alle Ewigkeit. **A n t.** Amen.

Gospód! usmíli se.

Krifte! usmíli se.

Gospód! usmíli se.

Ozhe nash i. t. d.

Zhefhena si Marija i. t. d.

M o l i t e v.

Gospód Jesuf Kriftus! ktéri si skosi usta
preróka govóril: „S' vézhno ljubésnijo te
ljubim, torej se te usmílim, in te k' sebi
potégnem; profim te, de ravno tisto svojo
ljubésen, ktéra te je is nebéf na sémljo
správila, de si britkófti všiga svojiga ter-
pljenja prestál, Bogú Ozhétu všigamogózh-
nimu darovati, in pred-nj postaviti hozhesh
sa dufho tega svojiga flushabnika (te svoje
flushabnize) I., in réshi ga (jo) od všiga
terpljenja, in od vših shtrafeng, ki se bojí,
de jih je s' svojimi gréhi saflúshil (saflu-
shila). **Otmi njegovo (nje) dufho v' ti uri**
njeniga lozhenja. **Odpri mu (ji) vrata**
shivljenja, in daj mu (ji) veselíti se s'
tvojimi svetniki vred v' vézhnim velizhaftvu.
In tí nefkonzhno usmiljeni Gospód Jesuf
Kriftus, ktéri si nas s' svojo predrago kervjó
réshil, usmíli se dufhe tega svojiga flusháb-
nika (te svoje flushabnize), in pelji jo v'
vedno selène in prijétne pokrajne paradisha,
de tebi v' nerazlozhljivi ljubésni shiví, kjer

fe od tebe in tvojih isvoljenih ne da nikoli odlozhiti. Ktéri s' Ozhetam in svetim Duham shivish in kraljujesh Bog od vekomej do vekomej. **Odg.** Amen.

In expiratione.

1. Cum vero tempus expirandi institerit, tunc maxime ab omnibus circumstantibus, flexis genibus, vehementer orationi instandum est. Ipse vero moriens, si potest, dicat, vel, si non potest, assistens, sive sacerdos pro eo clara voce pronuntiet: Jesu, Jesu, Jesu. Quod, et ea, quae sequuntur, ad illius aures, si videbitur, etiam saepius repetat:

In manus tuas, Domine! commendo spiritum meum.

Domine Jesu Christe! suscipe spiritum meum.

Sancta Maria! ora pro me.

Maria, mater gratiae, mater misericordiae! tu me ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

In deine Hände, o Herr! empfehle ich meinen Geist.

Herr Jesus Christus! nimm auf meinen Geist.

Heilige Maria! bitt für mich.

Maria, Mutter der Gnade, Mutter der Barm-

herzigkeit, beschüze mich vor dem Feinde, nimm mich auf in der Todesstunde.

V' tvoje roké, o Gospód! isrozhím svojo dufho.

Gospód Jesuf Kristus! sprejmi mojo dufho.

Šveta Marija! prôsi sa-me.

Marija, mati milosti, mati usmiljenja, váruj me sovráshnika, in sprejmi me ob smertni uri.

2. Tunc, ubi viget pia consuetudo, pulsetur campana parochialis ecclesiae aliquibus ictibus, ad significandum fidelibus in urbe vel loco, aut extra in suburbanis existentibus, instantem mortem expirantis aegroti, ut pro eo Deum rogare possint.

3. Egressa anima de corpore, statim dicatur:

R. Subvenite sancti Dei, occurrite angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi.

V. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahae angeli deducant te.

R. Suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu Altissimi.

V. Requiem aeternam dona ei, Domine, et lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conspectu Altissimi.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster &c.

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Requiem aeternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam ejus.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s .

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui (*vel* famulae tuae) N., ut defunctus (*vel* defuncta) saeculo tibi vivat: et quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Kommet zu Hülfe, Heilige Gottes! Kommet entgegen, Engel des Herrn! Nehmet diese Seele auf, und bringet sie vor das Angesicht des Allerhöchsten.

Dich nehme auf Christus, der dich berufen hat,

und die Engel wollen dich in Abrahams Schoos tragen.

Sie wollen seine (ihre) Seele aufnehmen, und sie vor das Angesicht des Allerhöchsten führen:

Herr! gib ihm (ihr) die ewige Ruhe, und das ewige Licht leuchte ihm (ihr). Führet diese Seele vor das Angesicht des Allerhöchsten.

Herr! erbarme dich unser.

Christe! erbarme dich unser.

Herr! erbarme dich unser.

Vater unser u. s. w.

Und führe uns nicht in Versuchung.

Sondern erlöse uns von dem Uebel.

Herr! gib ihm (ihr) die ewige Ruhe.

Und das ewige Licht leuchte ihm (ihr).

Von der Pforte der Hölle.

Erlöse seine (ihre) Seele, o Herr!

Sie ruhe im Frieden.

Amen.

Herr! erhöre mein Gebeth.

Und lasz mein Rufen zu dir gelangen.

Der Herr sey mit dir.

Und mit deinem Geiste.

Lasset uns bethen.

Dir, o Herr! empfehlen wir nun die Seele deines Dieners (deiner Dienerinn) N., auf daß sie der Welt abgestorben dir nun ewig lebe: Lilge durch die Nachsicht deiner überaus barmher-

zigen Güte die Sünden, die er (sie) durch menschliche Schwachheit in dieser Welt begangen hat. Durch Christum unsern Herrn. **Ant.** Amen.

Pridite na pômozh, svetniki boshji! Pridite naproti, angeli Gospôdovi! Sprejmíte to dusho, in peljite jo pred oblîzhje Narvîshiga.

Naj te sprejme Kristus, kteři te je poklizal, in angeli naj te nefó v' Abrahamovo narózhje.

Oni naj sprejmejo njegovo (njen) dusho, in péljejo pred oblîzhje Narvîshiga.

Gospód! daj mu (ji) vézhni pôkoj, in vezhna lugh naj mu (ji) svéti. Peljite to dusho pred oblîzhje Narvîshiga.

Gospód! usmíli se.

Kriste! usmíli se.

Gospód! usmíli se.

Ozhe nash i. t. d.

In nas ne vpelji v' skufhnjavo.

Temuzh réshi nas od hudiga.

Gospód! daj mu (ji) vézhni pôkoj.

In vezhna lugh naj mu (ji) sveti.

Od vrat peklénskiga bresna.

Réshi, o Gospód! njegovo (njen) dusho.

Naj pozhviva v' miru.

Amen.

Gospód! uslisi mojo molitev.

In moje vpitje naj do tebe pride.

Gospód s' teboj.

In s' tvojim duham.

Molímo.

Tebi, o Gospod! perporozhimò dusho tvojiga flushábnika (tvoje flushabnize) I., de ker je svétu odmerl (odmerla), tebi shiví; in kar je po zhlovéfhki flabofti v' shivljenji greshil (greshila), tí po nefkonzhni milosti in dobróti odpústi in isbríšhi. Po Kristusu Gospódu nashim. **Odg.** Amen.

4. Interim detur (nisi jam ante expirationem, ut supra, datum fuerit) campana signum transitus defuncti pro loci consuetudine, ut audientes pro ejus anima Deum precentur, et sacerdos paucis memoret bene moriendi juge studium.

5. Deinde corpus de more honeste compositum, loco decenti cum lumine colloetur, ac parva crux super pectus in manus defuncti ponatur: aut ubi crux desit, manus in modum crucis componantur: interdumque aspergatur aqua benedicta, et interim, donec efferatur pro sepultura, qui adsunt, sive sacerdotes, sive alii, orabunt pro defuncto.



Ordo sepeliendi adultos.

1. *Constituto tempore, quo corpus in suo feretro clauso collocatum ad ecclesiam, et dein ad coemeterium deferendum est, convocetur clerus, et alii, qui funeri interesse debent, et in parochialem vel in aliam ecclesiam juxta loci consuetudinem, ordine convenient; ac datis certis campanae signis eo modo et ritu, quo in eo loco fieri solet, parochus indutus superpelliceo super vestem talarem, et stola nigra, vel etiam pluriali ejusdem coloris, clericu vel ministro praefereente crucem, et alio vas aquae benedictae cum aspersorio, thuribulum et naviculam incensi, ad domum defuncti, vel ad locum, ubi jacet corpus, una cum aliis procedit. Distribuuntur et accenduntur cerei.*

2. *Parochus, ubi ad domum defuncti, vel ad locum, ubi jacet corpus, pervenit, ponens incensum in thuribulum, illud benedit, dicens: Ab illo benedicaris, in cuius honore cremaberis. Deinde aspergit funus aqua benedicta, detecto capite dicens:*

Rore coelesti perfundat animam tuam Deus, Pater †, et Filius, et Spiritus Sanctus. R. Amen; et thurificat, dicens:

Odore coelesti pascat animam tuam Deus,
Pater †, et Filius, et Spiritus Sanctus.
R. Amen.

Tum adhuc stans ante feretrum, dicit antiphonam: Si iniquitates observaveris; et psalmum 129.

De profundis clamavi ad te, Domine: *
Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes * in vocem
deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Domine: *
Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * et properter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: *
speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem *
speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem aeternam dona ei, Domine: *
et lux perpetua luceat ei.

Et repetit antiphonam totam: Si iniquitates observaveris, Domine: Domine, quis sustinebit? Postea aspergit et thurificat fonus, ut supra.

3. *Mox ordinatur processio, präcedente ministro cum cruce; tum sequitur clerus regularis et saecularis per ordinem, binique procedunt devote psalmos, ut infra, decantantes, parocho progrediente immediate ante feretrum cum luminibus; inde sequuntur cognati et amici defuncti, aliquique funus comitantes, primum viri, dein mulieres, bini et binae, omnes pro defuncto Deum rite deprecantes sub silentio.*

4. *Effertur autem funus super humeros per personas pro cuiusque loci more ad hoc assumptas; ast laici cadaver, quolibet generis aut dignitatis titulo praeditus ille fuerit, clerici ne deferant, sed laici.*

5. *Parochus, dum cadaver effertur, de domo vel loco, ubi jacebat corpus, procedens, statim gravi voce intonat antiphonam: Exultabunt Domino. Et cantores inchoant psalmum 50. Miserere mei Deus &c. ut supra pag. 78. clero alternatim prosequente. In fine: Requiem aeternam dona ei, Domine: * et lux perpetua luceat ei.*

Quodsi neque clerus, neque cantores adessent, omnes antiphonas, psalmos et

responsoria vel cum ministro, vel solus ipse parochus lente gravique voce recitabit.

6. *Si longitudo itineris postulaverit, dicuntur psalmi graduales: Ad Dominum cum tribularer, clamavi &c., vel alii psalmi ex officio mortuorum, et in fine cuiuslibet psalmi dicitur: Requiem aeternam dona ei, Domine &c., qui psalmi devote, distinete, gravique voce recitari debent usque ad ecclesiam.*

Dum interea ecclesiae appropinquant, repetitur antiphona: Exultabunt Domino ossa humiliata.

7. *Deinde ecclesiam ingressi cantant sequens responsum, cantore vel parocho incipiente, et clero alternatim respondente, videlicet:*

R. Subvenite sancti Dei, occurrite angeli Domini: * Suscipientes animam ejus: * Offerentes eam in conspectu Altissimi.

V. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum Abrahae angeli deducant te: * Suscipientes &c.

V. Requiem aeternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei. * Offrentes &c.

8. *Deposito feretro in medio ecclesiae, ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus,*

sint versus altare majus; si vero fuerit sacerdos, caput sit versus ipsum altare; et cereis accensis circa corpus, omnes de clero ordinatim in gradu suo, (nisi sit dicendum officium defunctorum, et missa celebranda) accedunt ad feretrum, et cum candelis accensis stant in circuitu feretri; parochus autem facta reverentia altari, sistens se contra crucem ad pedes defuncti, absolute dicit sequentem orationem:

Non intres in judicium cum servo tuo,
Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quaesumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christianae commendat: sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere judicium ultionis, qui, dum viveret, insignitus est signaculo sanctae Trinitatis. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

In hac oratione, etsi cadaver sit mulier, aut plures sint defuncti, non licet verba: servo tuo, commutare in: serva tua, vel servis tuis.

9. *Dein cantore, vel parocho incipiente, clerus circumstans cantat sequens responsorium:*

R. Libera me, Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda: * Quando coeli movendi sunt, et terra: * Dum veneris judicare saeculum per ignem.

V. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. * Quando coeli movendi sunt, et terra.

V. Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae, dies magna et amara valde. * Dum veneris judicare saeculum per ignem.

V. Requiem aeternam dona ei, Domine, et lux perpetua luceat ei.

R. Libera me &c.

10. *Dum cantatur praedictum responsorium, parochus accipit incensum de na-
vicula, et ponit in thuribulum, et finito
responsorio cantor vel parochus cum pri-
mo choro dicit: Kyrie eleison: et secun-
dus chorus respondet: Christe eleison: de-
inde omnes simul dicunt: Kyrie eleison.*

11. *Mox parochus dicit alta voce: Pa-
ter noster &c., et secreto dicitur ab om-
nibus, et ipse interim accipit aspersorium
aquaee benedictae, et ter aspergit corpus
defuncti; deinde accipit thuribulum, et ter
corpus incensat: postea redditio thuribulo
ei, a quo acceperat, dicit:*

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam ejus.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s .

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui (*vel* famulae tuae) N., quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis angelis suscipi, et ad patriam paradisi perduci: ut, quia in te speravit et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Si defunctus fuerit sacerdos, in oratione dicatur: pro anima famuli tui N. sacerdotis, quam hodie &c.

12. Finita oratione, corpus defertur, et quidem non amplius super humeros, sed manibus attollitur, et deducitur ad se-

*pulchrum in coemeterio, et dum portatur,
cantatur antiphona:*

In paradisum deducant te angeli: in tuo adventu suscipiant te martyres, et perducant te in civitatem sanctam Jerusalem. Chorus angelorum te suscipiat, et cum Lazaro quondam paupere aeternam habeas requiem.

13. *Cum autem perventum fuerit ad sepulchrum, cantata antiphona, et corpore defuncti prope sepulchrum humi deposito, sacerdos stans ad sepulchrum, aqua benedicta illud aspergit, dicens:*

Sanctificetur istud sepulchrum in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. R. Amen.

14. *Corpore in sepulchrum demisso, dicit:*

Sume terra, quod tuum est; sumat Christus, quod suum est; caro de terra orta est; spiritus de sursum inspiratus est.

Nimm hin Erde, was dein ist; Christus nehme, was sein ist; das Fleisch ist aus der Erde gebildet; der Geist ist von oben herab eingehaucht.

Vsêmi semlja, kar je tvojiga; naj sprejme Kristus, kar je njegôviga; mesó je is semlje; duh pak je od sgorej vdihnjen.

Denuo aspergens funus aqua benedicta, dicit:

Rore coelesti perfundat animam tuam
Deus, Pater †, et Filius, et Spiritus Sanctus. **R.** Amen. *Et thurificat, dicendo:*

Odore coelesti pascat animam tuam Deus,
Pater †, et Filius, et Spiritus Sanctus.
R. Amen.

15. *Deinde trina vice superinjiciat terram super funus, dicens:*

De terra plasmasti eum (*vel* eam), os-
sibus et nervis compegesti eum (*vel* eam);
Domine! resuscita eum (*vel* eam) in novis-
simo die. Per Jesum Christum Dominum
nostrum. **R.** Amen.

Aus der Erde hast du ihn (sie) gebildet; seine
(ihre) Gebeine und Nerven zusammen gefüget; er-
wecke ihn (sie), o Herr! am jüngsten Tage. Durch
Jesum Christum unsfern Herrn. **Ant.** Amen.

Is perstí si ga (jo) naredil; s' kostmi in
kítami si ga (jo) sklénil; obúdi ga (jo),
o Gospód! poslednji dan. Po Jesusu Kri-
stusu Gospódu nashim. **Odg.** Amen.

16. *Sepulto corpore, sacerdos stans
adhuc prope sepulchrum, dicit:*

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie
eleison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue , Domine , animam ejus.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Domine , exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s .

Fac , quaesumus Domine , hanc cum ser-
vo tuo defuncto (*vel* famula tua defuncta)
misericordiam , ut factorum suorum in poenis
non recipiat vicem , qui (*vel* quae) tuam
in votis tenuit voluntatem ; ut sicut hic eum
(*vel* eam) vera fides junxit fidelium turmis ,
ita illic eum (*vel* eam) tua miseratio so-
ciet angelicis choris. Per Christum Domi-
num nostrum. R. Amen.

*Et faciens manu dextera signum cru-
cis super tumulum , sinistra pectori ad-
mota , dicit :*

V. Requiem aeternam dona ei , Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Anima ejus , et animae omnium fide-
lium defunctorum per misericordiam Dei
requiescant in pace.

R. Amen.

17. *Demum pro laudabili more mo-
neat sacerdos circumstantes, ut genuflexi
pro hoc defuncto (hac defuncta) et pro
reliquis sepultis in hoc coemeterio, nec
non pro omnibus fidelibus defunctis ore-
nt, dicendo:*

O r e m u s.

Deus, in cuius miseratione animae fide-
lium requiescent, famulis et famulabus tuis
omnibus, hic et ubique in Christo quiescen-
tibus, da propitius veniam peccatorum, ut
a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine
laetentur. Per eundem Christum Dominum
nostrum. **R.** Amen.

V. Requiescant in pace. **R.** Amen.

Lasset uns bethen.

O Gott! in dessen Erbarmung die Seelen der
Gläubigen ruhen, verleihe gnädig deinen, hier und
wo immer in Christo ruhenden Dienern und Die-
nerinnen Vergebung der Sünden, damit sie von
aller Schuld entledigt, mit dir sich ewig freuen
mögen. Durch denselben Jesus Christus unsfern
Herrn. **Ant.** Amen.

Sie sollen im Frieden ruhen. **Ant.** Amen.

Molimo.

O Bog! is zhigar usmiljenja dufhe ver-
nih pozhivajo, daj svojim flushábnikam in
flushábnizam, kteři v' Kristusu pozhivajo,

milosljivo odpuštanje grehov, de od vših pregréh odvesani, s' teboj se bres konza veseliti samórejo. Po ravno tifim Jesusu Kristusu Gospodu nashim. *Odg.* Amen.

Naj v' miru pozhivajo. *Odg.* Amen.

Et dicto conjunctim cum circumstantibus uno: Pater noster &c. et Ave Maria &c. aspergit tumulum et circumstantes aqua benedicta, et omnes de clero discedunt.

18. *Quodsi cadaver e domo defuncti ad ecclesiam vel coemeterium efferendum, sed non statim sepeliendum est, quia ex rationabili causa differri debet sepultura, observantur et peragiuntur omnia, quae supra pag. 153. Nro. 1. usque ad Nrum. 11. pag. 158. inclusive praescribuntur, dictaque oratione: Deus, cui proprium est &c., parochus manens in ecclesia ad fere trum, intonet antiphonam: Ego sum.*

Et dicitur canticum Zachariae Luc. 1.

Benedictus Dominus Deus Israël, * quia visitavit, et fecit redemtionem plebis sua.

Et erexit cornu salutis nobis, * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: * qui a saeculo sunt, prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate et justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: * praeibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri, * in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem aeternam dona ei, Domine: * et lux perpetua luceat ei.

Et repetitur antiphona:
Ego sum resurrectio et vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet: et omnis, qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum.

Postea sacerdos dicit: Kyrie eleison:
Christe eleison: Kyrie eleison. Pater no-
ster &c.

*Interim corpus aspergit et thurificat,
et prosequitur preces, ut supra pag. 161.
Nro. 16., et cum dixerit: Anima ejus, et
animae omnium fidelium defunctorum per
misericordiam Dei requiescant in pace; dis-
cedit ad sacristiam, cadaver autem trans-
fertur ad capellam seu depositorium coe-
meterii cum lumine ardente ibi asservan-
dum, donec perpetuae sepulturae tradi pos-
sit.*

19. *Omnibus peractis, parochus actum
sepulturae in libro mortuorum ad pree-
scriptam formam accurate describat.*

Ordo sepeliendi parvulos.

1. *Cum infans, vel puer baptizatus
defunctus fuerit ante usum rationis, in-
duitur juxta aetatem, et imponitur ei co-
rona de floribus, seu de herbis aromaticis
et odoriferis in signum integratis carnis
et virginitatis.*

2. *Juxta vetustam et laudabilem ec-
clesiarum consuetudinem serventur in coe-
meteriis, quatenus commode fieri potest,*

speciales et separati ab aliis loculi pro sepeliendis infantibus, vel pueris baptizatis, qui ante annos discretionis obierunt.

3. *In funere parvolorum ut plurimum non pulsantur campanae. Quodsi pulsentur, non sono lugubri, sed potius festivo pulsari debent.*

4. *Parochus superpelliceo super vestem talarem, et stola alba indutus, et alii de clero, si adsint, praecedente cruce, quae sine hasta defertur, accedunt ad domum defuncti, vel ad locum, ubi jacet corpus parvuli defuncti, cum ministris, vas aquae benedictae cum aspersorio, thuribulum et naviculam incensi deferentibus.*

5. *Parochus perveniens ad dictum locum, incensum ponit in thuribulum et benedit; deinde aspergit corpus aqua benedicta, et thurificat, nihil dicens. Mox vero dicitur, vel cantatur antiphona: Sit nomen Domini.*

Psalmus 112.

Laudate pueri Dominum, * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excellens super omnes gentes Dominus: *
et super coelos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in
altis habitat, * et humilia respicit in coe-
lo et in terra?

Suscitans a terra inopem: * et de ster-
core erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus, * cum
principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, *
matrem filiorum laetantem.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Antiphona. *Sit nomen Domini benedic-
tum, ex hoc nunc et usque in saeculum.*

**Postea aspergit et thurificat corpus, ut
supra, et ordinatur processio ad ecclesiam.**

6. Dum portatur ad ecclesiam, dicatur:

Psalmus 118.

Beati immaculati in via: * qui ambu-
lant in lege Domini.

Beati, qui scrutantur testimonia ejus: *
in toto corde exquirunt eum.

Non enim, qui operantur iniquitatem, *
in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandasti: * mandata tua custodiri
nimis.

Utinam dirigantur viae meae, * ad eu-
stodiendas justificationes tuas.

Tunc non confundar, * cum perspexero
in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: *
in eo, quod didici judicia justitiae tuae.

Justificationes tuas custodiam: * non
me derelinquas usquequaque.

In quo corrigit adolescentior viam suam? *
In custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te: * ne
repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: *
ut non peccem tibi.

Benedictus es, Domine: * doce me ju-
stificationes tuas.

In labiis meis * pronuntiavi omnia ju-
dicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus
sum, * sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor: * et con-
siderabo vias tuas.

In justificationibus tuis meditabor: * non
obliviscar sermones tuos.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Si tempus superest, dici potest psal-
mus 148. Laudate Dominum de coelis &c.
cum aliis duobus sequentibus, 149. Can-
tate Domino canticum novum &c., **150.**
Laudate Dominum in sanctis ejus &c. *In*

fine: Gloria Patri &c. (ut in breviario ad laudes.)

7. *Cum autem pervenerit ad ecclesiam, ingrediendo eandem, dicatur vel cantetur antiphona: Hic accipiet.*

Psalmus 23.

Domini est terra, et plenitudo ejus; * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: * et super flumina praeparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino, * et misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio quaerentium eum, * quaerentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras, et elevamini portae aeternales: * et introibit Rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? * Dominus fortis et potens: Dominus potens in praelio.

Attollite portas, principes, vestras, et

elevamini portae aeternales, * et introibit
Rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? * Dominus
virtutum, ipse est Rex gloriae.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Antiphona. Hic accipiet benedictionem
a Domino, et misericordiam a Deo saluta-
ri suo: quia haec est generatio quaeren-
tium Dominum.

8. Postea dicitur: Kyrie eleison: Christe
eleison: Kyrie eleison. Pater noster. *se-
creto. Interim sacerdos corpus aspergit et
thurificat, nihil dicens. Deinde:*

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Me autem propter innocentiam sus-
cepisti.

R. Et confirmasti me in conspectu tuo
in aeternum.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s .

Omnipotens et mitissime Deus, qui om-
nibus parvulis renatis fonte baptismatis,
dum migrant a saeculo, sine ulla eorum
meritis vitam illico largiris aeternam, sicut
anima hujus parvuli hodie credimus te fe-
cisse: fac nos, quaesumus, Domine, per

intercessionem beatae Mariae semper virginis, et omnium sanctorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, et in paradiſo cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

9. *Dum portatur ad tumulum, dicitur vel cantatur antiphona:* Juvenes.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de coelis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna: * laudate eum omnes stellae et lumen.

Laudate eum coeli coelorum: * et aquae omnes, quae super coelos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: * praeceptum posuit, et non praeteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quae faciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles: * ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiae et universa pecora: * serpentes et volucres pennatae.

Reges terrae, et omnes populi: * principes et omnes judices terrae.

Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super coelum et terram: * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus; * filiis Israël, populo appropinquenti sibi.

Gloria Patri &c. Sicut erat &c.

Antiphona. Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini.

10. *Cum autem pervenerit ad sepulchrum in coemeterio, sacerdos illud aqua benedicta aspergit, dicens:*

Sanctificetur istud sepulchrum in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus Sancti. R. Amen.

11. *Deinde corpori in sepulchrum demisso tribus vicibus terram superinjiciens dicit:*

Sume terra, quod tuum est; sumat Christus, quod suum est; caro de terra orta est; spiritus de sursum inspiratus est.

Nimm hin Erde, was dein ist; Christus nehme,
was sein ist; das Fleisch ist aus der Erde gebil-
det; der Geist ist von oben herab eingehaucht.

Vsêmi semlja, kar je twojiga; naj sprej-
mè Kristuf, kar je njegoviga; mesó je is
semlje; duh pak je od sgorej vdihnen.

*Illudque aspergit aqua benedicta et thu-
rificat, nihil dicens.*

**12. Sepulto corpore, sacerdos stans
adhuc prope sepulchrum, dicit:**

Kyrie eleison: Christe eleison: Kyrie
eleison. Pater noster &c.

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Sinite parvulos venire ad me.

R. Talium est enim regnum coelorum.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Omnipotens sempiterne Deus, sanctae
puritatis amator, qui animam hujus parvuli
ad coelorum regnum hodie misericorditer
vocare dignatus es: digneris etiam, Domine,
ita nobiscum misericorditer agere, ut me-
ritis tuae sanctissimae passionis, et inter-
cessione beatae Mariae semper virginis,
et omnium sanctorum tuorum, in eodem

regno nos cum omnibus sanctis et electis
tuis semper facias congaudere. Qui vivis
et regnas cum Deo Patre in unitate Spir-
itus Sancti Deus, per omnia saecula sae-
cylorum. R. Amen.

13. *Denum pro laudabili more moneat
sacerdos circumstantes, ut cum anima
hujus parvuli orationibus fidelium non in-
digeat, orent genuflexi pro reliquis sepul-
tis in hoc coemeterio, et pro omnibus fide-
libus defunctis, dicendo :*

O r e m u s.

Deus, in cuius miseratione animae fide-
lium requiescant, famulis et famulabus tuis
omnibus, hic et ubique in Christo quies-
centibus, da propitiis veniam peccatorum,
ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine
fine laetentur. Per eundem Christum Do-
minum nostrum. R. Amen.

V. Requiescant in pace. **R.** Amen.

Lasset uns bethen.

O Gott! in dessen Erbarmung die Seelen der
Gläubigen ruhen, verleihe gnädig deinen, hier und
wo immer in Christo ruhenden Dienern und Die-
nerinnen Vergebung der Sünden, damit sie von
aller Schuld entledigt, mit dir sich ewig freuen
mögen. Durch denselben Jesus Christus unsern
Herrn. **A n t.** Amen.

Sie sollen im Frieden ruhen.

A n t. Amen.

Molímo.

O Bog! is zhigar usmiljenja dushe vérnih pozhivajo, daj svojim flushabnikam in flushabnizam, kteři v' Kristusu pozhívajo, milostljivo odpuštanje gréhov, de od vših pregréh odvésani, s' teboj se bres konza veseliti samórejo. Po ravno tistim Jesufu Kristusu Gospodu nashim.

Odg. Amen.

Naj v' míru pozhivajo.

Odg. Amen.

Et dicto conjunctim cum circumstantibus uno: Pater noster &c. et Ave Maria &c. aspergit tumulum et circumstantes aqua benedicta, et discedit cum aliis de clero, si adsint.

14. Postremo parochus actum sepulturae ad praescriptam formam refert in librum mortuorum.

15. Quodsi parvuli corpus e domo ad ecclesiam vel coemeterium efferendum, sed non statim sepeliendum sit, observantur et peraguntur omnia, quae supra pag.

167. Nr. 5. usque ad Nrum. 8. pag. 171.

inclusive praescribuntur; deinde sacerdos manens cum funere in ecclesia dicit antiphonam: Juvenes. et psalmum 148. Laudate Dominum &c., ut supra pag. 172. Nro. 9., postea aspergit et thurificat funus, et dicit: Kyrie eleison &c., ut supra pag. 174. N. 12., et dicta oratione: Omnipotens sempiterne Deus &c. discedit, et cadaver transfertur ad capellam vel depositorium coemeterii cum lumine ardente ibi asservandum, donec perpetuae sepulturae tradi possit.

Ordo ad faciendam aquam benedictam.

1. *Diebus dominicis, et quandocunque opus fuerit, praeparato sale, et aqua munda benedicenda in ecclesia, vel in sacristia, sacerdos veste talari, superpelliceo et stola violacea indutus, et aperto capite stans, primo dicat:*

R. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit coelum et terram.*

2. *Deinde absolute incipit exorcismum salis.*

Exorcizo te, creatura salis, per Deum +

vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum, qui te per Eliseum prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquae: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, et sis omnibus sumentibus te sanitas animae et corporis: et effugiat, atque discedat a loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia et nequitia, vel versutia diabolicae fraudis, omnisque spiritus immundus, adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

O r e m u s.

Immensam clementiam tuam, omnipotens aeterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, benedicere † et sanctificare † tua pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis: et quidquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiae. Per Dominum nostrum &c. R. Amen.

3. *Et exorcismum aquae.*

Exorcizo te, creatura aquae, in nomine Dei † Patris omnipotentis, et in nomine Jesu † Christi Filii ejus, Domini nostri,

et in virtute Spiritus † Sancti, ut fias
aqua exorcizata ad effugandam omnem po-
testatem inimici; et ipsum inimicum era-
dicare, et explantare valeas cum angelis
suis apostaticis: per virtutem ejusdem Do-
mini nostri Jesu Christi, qui venturus est
judicare vivos et mortuos, et saeculum per-
ignem. R. Amen.

O r e m u s.

Deus, qui ad salutem humani generis
maxima quaeque sacramenta in aquarum
substantia condidisti: adesto propitius invo-
cationibus nostris, et elemento huic multi-
modis purificationibus praeparato, virtutem
tuae benedictionis † infunde; ut creatura
tua mysteriis tuis serviens ad abigendos
daemones, morbosque pellendos, divinae
gratiae sumat effectum: ut quidquid in do-
mibus, vel in locis fidelium haec unda re-
sperserit, careat omni immunditia, liberetur
a noxa: non illic resideat spiritus pestilens,
non aura corrumpens; discedant omnes in-
sidiae latentis inimici; et si quid est, quod
aut incolumitati habitantium invidet aut qui-
eti, aspersione hujus aquae effugiat, atque
discedat: ut salubritas per invocationem
sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit
impugnationibus defensa. Per Dominum

nostrum Jesum Christum Filium tuum &c.

R. Amen.

4. Hic ter mittit sal in aquam in modum crucis, dicendo semel:

Commixtio salis et aquae pariter fiat:
In nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti. R. Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Deus, invictae virtutis auctor, et insuperabilis imperii rex, ac semper magnificus triumphator: qui adversae dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis saevitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas; te, Domine, trementes et supplices deprecamur ac petimus: ut hanc creaturam salis et aquae dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuae rore sanctifices: ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti nominis tui omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur: et praesentia Sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in

unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

5. Post benedictionem aquae sacerdos dominicis diebus, antequam incipiat missam, aspergit altare, deinde se, et ministros ac populum, prout in missali prescribitur.

6. Postea Christi fideles possunt de ipsa aqua benedicta in vasculis suis accipere, et secum deferre ad aspergundos aegros, domos et alia, et ad eam habendum in cubiculis suis, ut ea quotidie et saepius aspergi possint.

Benedictiones esculentorum, praesertim in pascha.

Cum sacerdos haec benedicturus est, habeat ministrum cum vase aquae benedictae, et aspergillo. Indutus sit super pelliceo super vestem talarem et stola pro ratione temporis. Stando semper benedicat et aperto capite, careatque, ne benedictionis causa ponat aliquid indecens super altare, veluti esculenta: sed quod ejusmodi est, ponatur super mensam commodo loco paratam.

Benedictio agni paschalis.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O r e m u s.

Deus, qui per famulum tuum Moysen in liberatione populi tui de Aegypto agnum occidi jussisti in similitudinem Domini nostri Jesu Christi, et utrosque postes domorum de sanguine ejusdem agni perungi preecepisti: tu benedicere \dagger et sanctificare \dagger digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus, per resurrectionem ejusdem Domini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. R. Amen.

Mox asperget aqua benedicta.

Benedictio ovorum.

V. Adjutorium nostrum &c. *ut supra.*

O r e m u s.

Subveniat, quaesumus, Domine, tuae benedictionis \dagger gratia huic ovorum creaturae: ut cibus salubris fiat fidelibus tuis in tuarum gratiarum actione sumentibus, ob resurrectionem Domini nostri Jesu Chri-

sti: Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. R. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio panis.

V. Adjutorium nostrum &c. *ut supra.*

O r e m u s.

Domine Jesu Christe, panis angelorum, panis vivus aeternae vitae, benedicere + dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes ex eo gustantes, inde corporis et animae percipient sanitatem: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Alia benedictio panis.

V. Adjutorium nostrum &c. *ut supra.*

O r e m u s.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeternne Deus, benedicere + digneris hunc panem tua sancta spirituali benedictione: ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis, atque contra omnes morbos et universas inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, panem vivum, qui de coelo descendit, et dat vitam et salutem mundo, et tecum vivit et regnat in unitate Spiritus

Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

Benedictio novorum fructuum.

V. Adjutorium nostrum &c. *ut supra.*

O r e m u s.

Benedic †, Domine, hos novos fructus N., et praesta, ut, qui ex eis in tuo sancto nomine vescentur, corporis et animae salute potiantur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Benedictio ad quodcumque comestibile.

V. Adjutorium nostrum &c. *ut supra.*

O r e m u s.

Benedic †, Domine, creaturam istam N., ut sit remedium salutare generi humano: et praesta per invocationem sancti nominis tui, ut, quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem et animae tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergat id aqua benedicta.



INDEX.

	Pag.
De Sacramento Baptismi	3
Ordo Baptismi Parvolorum	4
De benedictione mulieris post partum	23
Ordo ministrandi Sacramentum Poenitentiae	26
Ordo ministrandi sacram Communionem	30
De Communione infirmorum	36
Ordo ministrandi Sacramentum extremae unctionis	49
Septem psalmi poenitentiales	74
Litaniae ordinariae	84
De visitatione et cura infirmorum	93
Modus juvandi morientes	116
Benedictio apostolica in articulo mortis constitutis impertienda a sacerdote ad id delegato	121
Ordo commendationis animae	125
In exspiratione	147
Ordo sepeliendi adultos	153
Ordo sepeliendi parvulos	166
Ordo ad faciendam aquam benedictam	177
Benedictiones esculentorum praesertim in pascha.	181





